6
-D
8
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
26 H
6

J. 40

Ex lib. Is allemand 1825

66 66
D C
19 10

[illegible]

25.D.18

EXTERARVM *FERE OMNIVM ET* PRÆCIPVARVM GENTIVM ANNI ratio, & cum Romano collatio:

Rara & exquiſita rerum ſcitu digniſſimarum cognitione, ac diuerſi generis Auctorum explicatione referta.

IOANNE LALAMANtio apud Hæduos Burgundiæ medico auctore.

ANNI SVNT

1. ÆGYPTIACVS
2. PERSICVS
3. ARABICVS
4. HEBRÆVS
5. MACEDONICVS
6. ATTICVS, &
7. ROMANVS.

Ipſe ego ſigno Annum ſerpens curuatus in orbem,
Qui labens in ſe voluitur atque redit.

M. D. LXXI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

CAROLO, ANATOLIO ET HVGONI ALBOSIIS SVIS AB EORUM ſorore affinibus, Io. Lalamantius.

S. P. D.

HOS veluti faſtos & hanc anni exterarum ferè omnium & præcipuarum gentium cum Romano collationem magno à me non ſolùm ſtudio veſtigatam, ſed & ex imis tenebris aliquando tandem erutam, ſub veſtro potiſſimùm nomine & patrocinio, fratres optimi, iccirco in vulgus exire & apparere volui, quòd vos vt omnium aliarum artium liberalium, ſic & harum etiam rerum ſtudio teneri compertum ſatis haberem. Nam cùm & conciues & æquales eſſemus, memini ego vos à primis annis cura & liberalitate Petri Alboſij patris veſtri viri clariſſimi & Franciſci primi Galliarum regis medici, Heduæ primùm, deinde & Lutetiæ optimis præceptoribus operam literis vigilanter nauaſſe: & ex illo nunquam deſiiſſe & literas colere & literatos amplecti. Quo factũ eſt vt cùm intellexiſſetis me affinem abs veſtra ſorore veſtrum in anni tractatione incubuiſſe, & quam dudum ſuſce-

BIBLIOTECA NAZIONALE V.E. ROMA

peram ad vmbilicũ perduxiſſe:efflagitare pro ea quæ mihi vobiſcum intercedit affinitate & neceſſitudine non deſieritis, vt ne id ſcripti quod in manibus habebam confectum, latitare apud me diutius & veluti ſepultum iacere pateter: ſed vt primo quoque tempore in cõmunẽ omniũ vtilitatem publicandũ curarem.

Ego & publicæ alioqui vtilitatis ſtudioſus, & voluntatis meæ erga vos ſignificationem aliqua te ſtificatione vobis notã facere cupiens eo maximè quòd æquam & honeſtam poſtulationem afferretis, & quòd etiam quanti me faceretis hac veſtra efflagitatione abunde mihi ſignificaretis: libellum hunc, quanti quanti eſt, nulla mora fido Typographo committendum & commendendum putaui: ac inſuper literis meis ad illum contineri volui, vt ſi doctorum virorum iudicio (quod lubens ſubeo) luce dignus iudicaretur, quod commodo reipublicæ fieret, publicaretur. ſin contrà, omnino ſupprimeretur, vel in vicum (vt ait Horatius) ad vendentem thus & odores deferretur, aut etiam blattis & tineis deuoueretur. prodit libellus doctis, vt video, probatus, nec (niſi ipſe mihi ſum ſuffenus) vſquequaque ineptus.

Cedo enim quenuis arbitrum, & vos in primis iudices fero, ni hæc tractatio mira rerum varietate & nouitate non ſolum iucunda eſt, ſed & ad intelligentiam quoque Scripturarũ & omnium penè Auctorum admodum accõmotata. Primùm enim, Quid magis varium, quid mage nouum & admirandum quam tridui aut quatridui ſpatio (tot ſiquidem diebus totus hic

libellus

libellus percurri poteſt) peragrata Ægypto, Chaldæa & Perſia, in Arabiam ac inde in Græciam & Latium tãdem etiam appellere? ac ſingulas illas gẽtes luſtrãdo obſeruare Romanos eas falsò barbaras appellauiſſe, quũ aliæ ex his ferè antequã nomen Romanũ audiretur curſus ſyderũ ita curioſè obſeruaſſent, & aſtrologica ratione deprehendiſſent, vt Solis eodẽ reditũ (quẽ Annũ vocãt) metatis eius ſpatiis tot nõ ſolùm menſibus & diebus, ſed & tot etiã ſupra dies & horas momẽtis cõſtare memoriæ prodidiſſent & in certũ modũ digeſſiſſent? Ex qua ad amuſſim exactam facta Anni digeſtione chaos illud & confuſio quæ anteà ex eius rei ignoratione inualuerat & genus humanum interturbarat, ſublata eſt de medio.

Cui enim dubium eſſe poteſt abſque eo fore vt frigus æſtiuis menſibus, & cõtrà calor hyemalibus proueniãt, & meſſium feriæ minimè in æſtatem, vindemiarum minimè in autumtumnũ incidant? Quo fit vt, ni ingrati eſſe velimus, tanti boni auctoribus plurimũ nos debere, fateri ingenuè cogamur. Iam quòd hæc tractatio ad intelligentiam plurimorũ Auctorũ conducat, ex ipſa lectione credo iri manifeſtũ. Ex eius quippe ignoratione fuerunt qui nomina menſium pro ducum nominibus vſurparẽt: fuerunt & qui Atticorum menſium nomina à Macedonum menſium nominibus minimè interſtinguerent, ac nomen aliud pro alio ſupponerẽt. Fuere etiam qui Ægyptiorum, qui Arabum, qui Perſarum etiam & Hebræorũ & ordinem & nomenclaturam penitus ignorarẽt.

Etſi autem minimè me latebat permultos in id ſtudium & quidem particulare incubuiſſe,& hunc Attici anni tractationem,illum Latini ſibi ſumpſiſſe deſcribendam:neminem verò adhuc extitiſſe cùm intelligerē qui de præcipuarum gentium anno pro dignitate dicendum ſibi ſuſcepiſſet, hanc ego vnus ex omnibus prouinciam,quanquam duram,ſubeūdam eſſe mihi putaui.Quo in opere quantum lucis attulerim permultis locis qui ſunt apud Galenum,Ioſephum, Zonarā, Thucydidem, Vegetium,Plinium,& alios auctores tam Hebræos, Græcos,quàm Latinos, cuius bono qui hæc percurrerit iudicandum relinquo.

Habete igitur, fratres optimi,hoc qualecunque opuſculū, amoris in vos mei monimētum & pignus:quod(cùm eo nihil habeā antiquius)vobis, quos vnicè diligo &colo, offero: imitatus eos de noſtris ciuibus, qui aut numiſma aliquod priſci alicuius Cęſaris imagine efformatum & effigiatum, aut monumentum aliquod aliud antiquum,recèns è ruderibus & ruinis noſtræ vrbis Heduenſis quondam florētiſſimæ effoſum nacti, ſtatim illud quantiuis pretij ſit,ei quem chariſſimum habēt, offerūt.

Valete interim,&me amate.Ex Burgundionum Heduis, Romanorum quondam ſocijs, Calendis Maij.

1570.

***

NOMINA AVCTORVM QVI HIS COMMENTARIJS CITANTUR.

ÆTIVS.
ANGELVS *Politianus*
ÆSCHINES.
CÆLIVS *Rhodiginus*
CICERO.
CONSTANTINVS *Cæſar.*
COLVMELLA.
DEMOSTHENES.
DIODORVS *Siculus.*
DIOGENES *Laertius.*
EVAGRIVS.
GALENVS.
GELLIVS.
GVIDO *Bonatus.*
HERODOTVS *Hal.*
HIERONYMVS.
IOANNES *Baptiſta Pius.*
LACTANTIVS.
LIBANIVS.
LIVIVS.
MACROBIVS.
MELA.
NICEPHORVS *Calliſtus*
OVIDIVS.

PHILOSTRATVS.
PLATO.
PLINIVS.
POLITIANVS.
PLVTARCHVS.
SEVERIANVS.
SIMPLICIVS.
STRABO.
SVETONIVS.
SVIDAS.
THEOD. GAZA.
THVCYDIDES.
VARRO.
VARINVS.
VIRGILIVS.

BARTHOLO. MONRAMBALDVS
HAEDVVS.

AEgyptum vſque ferunt iſſe Eudoxum atq; Platona
Certũ anni vt poſſent inde referre modũ:
Omnes namq; alias gẽtes apud ordine nullo
Conſtans, incertus & vagus Annus erat.
Sed quæ tunc fuerit ratio tacitum hactenus, aut quam
Seruaret legem cætera Barbaries.
Exiguo hîc vulgat Lalmantius ecce libello,
Vt ſit tam longam nil opus ire viam.

BREVIS

BREVIS INDEX EX ALPHABETI ORdine.

A

Ab fol. 67
Abib 63
Abies germinat 106 & 107
Adar menſis 72 *vſque ad* 89
Aëtius medicus 11 32 & 100
Affectiones Lunæ 148 & 186
Ægyptii 23,24, 25. & *deinceps.*
Ægyptii menſes 31
Æquinoctium 11
Æquinoctiū Vernum 76,77 *vſq;* 80
Æchines 135
Ætanim 68
Ἄκρον 106,107 *vſque* 111
Alalcomenius 22,

& 122
Alcion 127
Almanach, Hebræū 88
Alphonſus de anno 174
Ambroſius 74
Ἀμφίκυρτος *Lunæ* 148
Angelus Politianus 143
Annus quid 2
Annus Arabum 61 & 62
Annus Auguſti 173
Anni Athenienſis initium 101,& *dein.*
Annus Biſſextilis 38
Annus Cynicus 19
Annus Macedonicus 89. & *dein.*
Annus magnus 15. 16. & *dein. Iubi-*

læus 20
Annus Numæ 158
Annus Perſicus 60
Annus quo Auctor hæc Heduæ ſcripſit 77,& 79
Annus Romanus 154
eius initium 176, & 177
Annus Lunaris 3.
Solarē excedit 87, & 137,138
Annus vertens 2
Antigenides 104, & 118
Antheſterion 124
Apellæus 70
Aprilis 125
Arabes intercalāt 31
Arati interpres 34
Arcturus. 104,& 118, & 121
Ariſtotelis locus 17. 102. 118. 126,& 127
Arius 77
Artaxerxes 65
Artemiſius 66. 89,& 92
Aſconius 184
Aſiani 102
Aſſuerus 71
Athenienſes 102
Athyr mēſis AEg. 31
Audinæus 89.& 99
Auguſtus Cæſar 173
Auguſtus menſis 201

B

Babilonij 4.& 27
Baptiſta Pius 125
Barbara nomina mēſium 37
Baruch locus 67
Beroſus 26
Biſſextus 38.165.172
Biſſexti appellatio vnde 196
Bithinia 79
Boedromion 117, & 118
Bonatus de Latis 62
Bruma 2.5.12.13. 127, & 202
Bul 64, & 68.

Cæſar

C

Cæſar 166
Calami cæſura 104
Calendæ 183,& 184
Calliſtus Nicephorus 139
Canis exortus 19
Cato Jureconſ. 193
Caui menſes 139
Celſus Jureconſ. 195
Cenſorinus 19
Chiſleu 69,& 70
Choes 126
Ciceronis locus 2.14. 18.21.29,& 30. 168.192
Claudius epiſcop. 129
Coitus Lunæ 147
Columella 76
Conſtantinus Cæſar 76,& 147
Conſtantinus Helenæ filius 79
Conticinium 7
Cornarius 92,& 93
Corniculata Luna 148
Cras 6

D

Damaſceni 102
Damatrius 22
Demoſthenis locus 95 & 96.104.118,& 119.131.135.138. 146
Deuteronomij locus 74
December 202
Deutius 89,& 94
Dies 4
Diei principium, ibid. 176,& 177
Diei partes 6,& 7
Dies illunes 147
Diluculum 7
Diluuium 69
Diogen. Laërtius 132
Dius 89
Διχότομος Luna 148
Dyſtrus 89,& 100

E

Elaphebolion 101,& 128

Elul 64,& 67
Emboliſmus mẽſis 87
Emendatus Galen. 93
Ἔνη καὶ νέα 146
Epigramma Græcum 30,& 31
Euagrius 92.93,& 99
Εὐθεῖα Luna 148
Ἐξαιρέσιμοι dies, 21
Exemptiles dies & menſes 21,& 22
Exortus canis matutinus 19

F

Fauonius flat 77
Februarius 191.193
Firmamentum 18
Fragmenta Legum XII. Tabularum 195
Franciſcus Strozza 129

G

Galeni locus emendatus 93
Galeni locus 63.76. 99. 110. 120. 121. 139.172
Gallicinium 7
Gamelion 128
Gaza 106.124,& 129
Gellius 193
Geneſius Sepuluenda 178
Gorpieus 89,& 97
Græci anni initiũ 27
Græcum Epigramma 30,& 31
Græci menſes in decadas diuidunt 145
Guido Bonatus de Latis 62

H

Habitus Lunæ 148
Hebræi anni ratio 63
Hebræi vnde annum inchoent 74,& deinceps.
Hecatombeon 101. 102,& inde.
Hebdomas 4
Herodoti locus 23,& 24
Heſter locus 64,& 71
Hieronymus 65
Homeri locus 147
Hora 4,& 5

Hyems

Hyems 10
Hyppocrates 110
Hyperberetaus 97, & 98

I

Ianus 190
Ianus Cornarius 92
Idus 185, & deinceps
Illunes dies 147
Imber quid 203
Ἡμίτομος *Luna* 148
India 33
Initium anni Ægyptiaci 27
Intercalatio 193, & inde.
Ioſephi locus 15.25, & 26.33.65.66.67.68. 69.70.71.73
Iuriſcon. locus explicatus 195, & 196

L

Labeones 127
Lactantius 24, & 29
Laertius 132
Libanius 138, & 146
Liuius 140, & 141
155, & 165
Lous 69, & 70.89
Lucianus 34
Ludi Delphici 16
Luna 15
Luna ſilens 147, & 148
Luna ſitus 148

M

Macedonici anni 89, & deinceps
Machab. locus 69, & 70.71.73.100
Macrobius 18.23. 114.124, & 125. 158, & inde & 193
Mane 8
Martinus 4. *Font.* 62
Martius 156.170, & 197
Mela 25
Menſis 3
Menſes pleni 139.
Menſis vertens 3
Menſis Lunæ ibidem
Menſes Ægyptij 37, & deinceps.
Mercidinus 22 & 167

Meridies 8,& 9
Momentum 4
Montaniſtæ 80
N
*Nicen.ſyn.*77.78.79
Nicea Bithiniæ 79
Nilus 32
Nicephorus 139
Niſan 64,& dein.
*Nomina menſiũ Arabum & Perſ.*60.62
Νȣμlωία 148,& 186
Nonæ 185
Nox 4
O
Olympias 16.17.136
Ouidij locus 154,& 155.172.179,& 180. 192.198.
P
Panathenea 132
Panemus 95,96
Panſelinũ. 148,186
Partes diei 6,& 7
Paſcha 75.81,& 82
Peritius 89,& 99
Phœnices 25
Philoſtratus 124
*Peſah Hebr.*81,& 82
Pinus 109,& 134
Plato 102,& 136
Plenilunium 148
Plenimenſes 139
Plinij locus 12.19. 26.33,& 34.76,80. 106.107,& 108.126 & 127.147.& 168
Plutarchus 94.95.96. 97.115.116.117. 118.119.122.123. 125.127.147.167
Pomponius Mela 25
Ptolemeus 62,& 126
Q
Quadrans 4.27.170.
R
Riuanus 108,& 109
Roma condita 36
Rom. intercalant 21
Romani circa Brumã annũ inchoãt 102. 155,& 156
Romulus natus 35.36.
S
Scenopegia 68
Scombri 103

Sebat 71
Sectafratr.minorũ 62
Seculares ludi 2
Seculum 1
Sempronii locus 36
Sepul.Geneſius 178
Seuerianus 143.145
Silentia Lunæ 148
Simplicius 102
Solini locus 26
Solſt. 5.11.12.13.77. 102.103.104.170
Solon 147
Sozomenus 75
Strabo 39
Strozza 229
Suidas 92.94.95. 97 98.99.100.124. 126.127.

T

Tempora anni 10
Tẽpus quid. Tempus vnde
Temporis partes 1
Thargelion 101,132. & 133
Thebet 71
Theon 34,& 35
Theophraſtus 103. 104.105.106, & deinceps.
Thot 31,& 32
Thucydides 94,& 128,& 129
Tropicus hybernus 190.

V

Varinus 132
Varro 1.10.12.177. & 191
Ver 10.75,& inde
Vernales mẽſes 109. & 110
Veſpera 9
Victor Pont.Rom. 83, & 84
Virgilius 19,& 178
Viſitation.Lunæ 148
Vitruuius 149
Vncia 4
Vrſa 129

X

Xanthicus 65,& 92
Xenophon 26.

Finis, Anno turbulentiſsimo menſe Martio.

Annotationes ſeorſim in Chartula ab Auctore ſcriptas, & pagina 10. omiſſas, ad hoc ſignum *⁎* addendas hîc inſeruimus:

Prima fax: Πρώτη νὺξ: πρώτη φυλακὴ: πρῶτος ὕπνος: Noctis initium, quo tempore excubiæ agebantur, prima vigilia incipiebat, & teſſera (quæ erat ſignum militare, quod verbum Vigiliarum, noſtris *le mot du guet* dicitur) dabatur. vnde dare teſſeram, *donner le mot du guet*. accipere & petere teſſeram apud Auctores, *prendre & demander le mot du guet*.

Nox concubia: Δευτέρα φυλακή: Secunda vigilia, quód ferè omnes tunc cubent, inquit Varro.

Nox intempeſta: Τρίτη φυλακὴ: Tertia vigilia: Quum tempus agendi nullum eſt, inquit Varro. & Macrobius, Quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Id tempus nonnulli cum concubio confundunt, & Silentium etiam noctis vocant, ab eo quod tum ſileatur, inquit Varro.

ADDE eadem pag. *⁎* paulò pòſt.

Pingebatur autem ita, vt aut è vitibus vinum colligeret, aut vuas calcaret, & ab earum calcatione ſordidus eſſet. pingebatur etiam & capite pomis redimito: Ouidius,

Stabat & Autumnus calcatis ſordidus vuis. Et Flaccus

Vel cùm decorum mitibus pomis caput Autumnus aruis extulit.

QVÆ ſequuntur & corrigenda & reſtituenda ſunt,

Pag. 64. ℣. 3. 3. Siuan. 4. Thamuz qui & Rhothem. & 20. נִיסָן 66. 12. זִיו vel זִו vel אִיָּר & 16. primo Regum. 67. 8. סִיוָן & 16. תַּמּוּז & 20. viceſimo ſeptimo. & 23. Elul אֱלוּל 68. 1. תִּשְׁרִי vel הָאֵתָנִים & 2. Thiſri qui & Haethanim & 21. vel מַרְחֶשְׁוָן 69. 19. כִּסְלֵו 71. 1. טֵבֵת & 22. שְׁבָט 72. 1. אֲדָר 73. 6. quæ (vel potius qui) dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi dici.

De tempore &

EIVS PARTIBVS.

TEMPVS, quod græcis χρόνος dicitur, Eſt διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως: id eſt, Interuallum motus mundi: diuiſum in partes aliquot ab Solis & Lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum notat Varro initio lib. 2. De lingua latina. Alij ſic diffiniunt, Tempus eſt certa dimenſio quæ ex cæli conuerſione colligitur. Macrob. Satur. cap. 6 *Ariſtoteli Tempus eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius. Alius Tempus eſt menſura qua metimur motum corporum, vt Solis, Lunæ & Syderum. quod vt cum mundi creatione cœpit, ita cum eius diſſolutione finem eſt habiturum.*

TEMPORIS PARTES SVNT, SECVLVM: *Varroni eſt ſpatium centum annorum. dictum à ſene, inquit, quòd lon-* Seculum.

giſsimum eſt ſeneſcendorum hominum ſpatium. ſed is locus apud Varronem corruptus eſt. Feſtus Pompeius Seculares, inquit, ludi apud Romanos poſt centum annos fiebant, quia Seculum ad centum annos extẽdi exiſtimabant.

Varronis locus.

A NNVS, inquit Feſtus, ex Græco venit quem illi ἐνιαυτὸν dicunt. & quod nos triennium, illi dicunt τριετές. & Actorum 20. verſu 31. τριετία triennium etiam dicitur. Eſt autem Annus ſpatium temporis quo Sol ſigniferum ambit: vel quo Sol duodecim ſigna Zodiaci percurrens, eodem vnde profectus eſt redit. Iulius Pollux libro 1. cap. 7, Annus, inquit, eſt duodecim menſium tempus, Solis circuitus, deo ex horis in horas tranſeunte. Varro de lingua latina, Tempus à Bruma ad Brumam dum Sol redit, Annus vocatur. Cicero lib. de vniuerſitate, Annus eſt, inquit, vbi Sol ſuum totum confecit & peragrauit orbem. Porrò hic Annus vertens dicitur ad differentiam magni Anni, de quo pòſt. Sed enim Annus vertens is eſt, qui ad Solis curſum accommodatus eſt: tempus ſcilicet à Calendis Ianuarÿ vel à quolibet alio menſis die ad eaſdem Calendas vel alium quemlibet diem: qua ſignificatione Iuuenalis Satyra 7. dixit, Et cùm ſe verterit annus. Et Suetonius

tonius ſcripſit Caligulam immenſas opes non toto vertente anno abſumpſiſſe, quod eſt non expleto ſpatio vnius anni Solaris.

MENSIS *eſt ſpatium quo Luna ſigniferum percurrens eodem reuertitur. Cicero lib. de vniuerſi. Menſis eſt quando Luna luſtrato curſu ſuo ſolem conſecuta eſt. Varro de lingua latina, Menſis à Lunæ motu dictus, dum ab Sole profecta rurſus redit ad eum Luna. quæ græcis μήνη Latinis etiam Mene dicitur. vnde illorum menes ὁι μήνες à noſtris menſes dicuntur & μηνιαῖων triginta dierum tempus. Menſes vertentes etiam ſunt, cùm Sol ſigni ſpatium, quod eſt duodecima pars mundi, menſe vertente vadens tranſit, vt loquitur Vitruuius, & hac ratione menſes vertentes, qui ſunt tricenûm plus minus dierum à Lunaribus differunt. quia Luna die octauo & viceſimo & amplius circiter hora, cæli circuitionem percurrens ex quo cœperit ſigno ire ad id ſignum reuertendo perficit. Lunarem menſem. Cæterum*

*A*NNVS *capit menſes duodecim, Hebdomadas quinquaginta duas, & prætereà diē vnum & quartam ferè diei. ſed ad verum quota pars diei ſit Aſtrologi certant & adhuc ſub iudice lis eſt. ſed de hoc pòſt in anni Rom. tractatione.*

MENSIS hebdomadas quatuor capit:
HEBDOMAS, quæ & Septimana, dies 7:
DIES, Quadrantes quatuor:
QVADRANS, horas ſex:
HORA, quæ viceſima quarta pars eſt diei naturalis, puncta quatuor:
PVNCTVM, decem momenta:
MOMENTVM, vncias duodecim:
VNCIA, atomos quadraginta ſeptem:
ATOMOS, vt vox ſonat, diuidi ampliùs non poteſt.

DIEM verò Itali & Bohemi à Solis occaſu incipiunt. Vmbri & Arabes à meridie. Athenienſes & Hebræi à Sole occaſo. Babylonij ab exorto. Romani, Ægyptij vt & Galli à media nocte. de quo Gellius lib. 3. cap. 2. Plin. lib. 2. cap. 77.

ASTROLOGI porrò diem duplicem faciunt, Naturalem & Artificialem. Naturalis dies horarum eſt vigintiquatuor: cuius partes ſunt Dies & Nox. Artificialis eſt ſpatium ab ortu Solis ad eius occaſum, vt Dies Artificialis ſit, quandiu Sol eſt ſupra terram: Nox contrà. Iidem quinetiam Aſtrologi horas alias æquales alias inæquales eſſe dicũt. Æqualis hora eſt diei naturalis pars viceſimaquarta. Æquales autem horæ bis in anno cõtingunt, nempe Æquinoctio Verno &

*Autumnali. quibus temporibus dies æqua-
les ſunt noctibus. Inæquales horæ, quæ & tẽ-
porariæ & artificiales dicuntur, potiſſimũ fiũt
circa Solſtitium & Brumam. Nam cùm cir-
ca Solſtitium æſtiuum dies ſint longiores no-* Solſtitiũ.
*ctibus, fit vt horæ etiã diurnæ nocturnis ſint
longiores. tũc enim dies habet horas ſedecim:
nox, octo. In Bruma contrà fit: Nam cùm tũc
noctes ſint longiores diebus, horæ etiam no-
cturnæ diurnis ſunt longiores. vt nox ſede-
cim horas: dies tantùm octo habeat, æquales
tamen inter ſe. Has verò ſi ad inæquales re-
ducere volueris, ac verbi gratia, Solſtitio
totam moram ſolis ſupra terram in partes
ſeu vncias duodecim partiri, & Bruma to-
tam etiam eius moram ſub terris, in toti-* Bruma.
*dem: aſsignes oportet vnicuique vnciæ è
duodecim, vnam horam æqualem, ac præte-
reà vnam horæ quartam cum momentis de-
cem. Contrà, his additamentis ſingulæ ho-
ræ è duodecim noctis Solſtitialis & diei Bru
malis curtiores erunt hora æquali. Sic hæ ho-
ræ duodecim curtatæ, octo tãtùm æqualibus
horis reſpondebunt. octo quippe tãtùm horas
æquales habet nox Solſtitialis. & totidem
Brumalis dies. Horæ verò ſedecim tam diei
Solſtitialis quàm totidem noctis Brumalis,
longiores factæ vna quarta & momentis* x.

vt dictum eſt, duodecim etiam horis æqualibus æquipollebunt. Diebus porro creſcentibus aut decreſcentibus per magis & minùs, horas etiam inæquales aut augeri aut minui contingit.

PRIMA *autem hora diei aliis ab ortu ſolis, aliis ab occáſu, aliis à meridie, aliis à media nocte incipit. vt paulò ante ex Gellio de diei initio dictum eſt.*

NVDIVSQVARTVS, ἡ παρελθοῦσα ἡμέρα γʹ ἀπὸ τετάρτης. *Act.10.ver.30.*

NVDIVSTERTIVS, *compoſitum ex nũc & die tertio, Feſt. Pompeio* πρόχθες.

HERI, χθὲς, χθιζόν.

HODIE, σήμερον.

CRAS, αὔριον.

PERENDIE, ἡ ἐπιοῦσα ἡμέρα γʹ, ἡ ἡμέρα τρίτη. *Ioan.2.1.*

PRIDIE, *Eſt quaſi heri non tamen hodierni diei*, ἡ προτεραία.

POSTRIDIE, *poſtera dies, quaſi cras non præſentis diei ſed alicuius alterius præteriti aut futuri*, ἐνήφι, ἡ ὑστεραία, ἡ ἐπαύριον. *Act. 22.ver.30. & 21.ver.8.* ἡ ἐπιοῦσα.

PRIMVM DIEI TEMPVS A MEDIA *nocte incipiendo more Ro. aut etiam Gallico:*

MEDIÆ NOCTIS INCLINATIO, μεσο-

μεσονύκτιον, *Luc.11 v.5.* Περὶ ἀλεκτρυόνων ᾠ- Macrob.
δὰς, ὑπὸ τὴν ᾠδὴν ὄρνιθος, *ſub galli cantum.* lib.1. Sa-
GALLICINIVM, Ἀλεκτρυόνων ᾀδόν- tur.cap.3.
των. Alex. ab

Alex.lib.

CONTICINIVM, *cùm & galli conti-* 4.cap.20.
ceſcunt & homines quieſcunt, πρόορθρον, Pollux
τετάρτη φυλακὴ, *quarta noctis vigilia, vt* c.7.lib.1.
Matthæi 14.ve.25.Veteres enim in quatuor vigilias noctem diuidebant, & ſingulis vigiliis ſingulas excubias aſſignabant, quas græci φυλακὰς *vocant.*

CREPVSCVLVM *matutinum,* ὄρθρον βαθὺ, *quaſi diluculum profundum, Lu.24. ver.1. Eſt autem id tempus cùm adhuc multum noctis eſt necdum luceſcit,* μήπω ἐπιφωσκούσης τῆς ἡμέρας: λίαν πρωῒ *dixit Marcus, quod eſt valde manè, cap.17 verſu 21. Idem Ioannes dixit cap.20.ver.1.* πρωῒ σκοτίας ἔτι οὔσης *.i. manè cùm adhuc tenebræ eſſent, nec dum illuxiſſet.*

DILVCVLVM, *cùm incipit dignoſci dies,* αὐγὴ, *vnde* ἄχρις αὐγῆς, *in diluculũ, in lucẽ, Act.20.ver.11. &* ὄρθρος, ὑπὸ τὸν ὄρθρον, *ſub diluculum, Act.5.ver.21. vnde &* ὀρθρίζειν *diluculo ſurgere, Lucæ 21.ver.38. porrò verò diluculo, exortu Auroræ, albeſcente cælo & exacta propè nocte ſydera poëtis cadere dicuntur; Virgilius: Suadéntque*

cadentia ſydera ſomnos. Item:
Ergo age nate Dea primíſq; cadentibus aſtris
Iunoni fer ritè preces.i.ſub auroram.cùm ſcilicet aduentante ſole aſtrorum acies & fulgor hebeſcit & obſcuratur, & Lucifer ſeu Iubar græcis φωσφόρος, ſeſe prodit, ſubſequente ſtatim aurora.

MANE *Seu* AVRORA, *diei principium inquit Varro. quòd tùm manat dies ab Oriente, niſi potiùs quòd bonum antiqui manum dicebant. Mane inquit Macrobius, dum dies clarus eſt. Mane autem à Manibus dictum vult. quòd à Manibus, id eſt, inferioribus locis exordiũ lucis emergàt.* πρώτῃ ἕω, περὶ τὴν ἕω, πρωΐ. *Nonius Marcellus, Manũ dicitur clarum, vnde & Mane poſt tenebras noctis diei pars prima. Ioan. 21. ver. 4.* πρωΐας δὲ γενομένης. *i, Mane iam exorto. Feſtus Pomp. Mane à Dijs manibus dixerunt. Sunt autem tria hæc tẽpora, Crepuſculum matutinum, Diluculum & Mane ſeu Aurora adeò ſibi vicina inuicem & propinqua vt vix interſtingui poſſint vt mirum non ſit ea plerunque confundi.*

DIES CLARVS, ἥλιος ἀνίχων. γενομένη ἡμέρα, *ortus dies. Luc. 4. ver. 42*

MERIDIES, *quaſi medidies, vt antiqui dicebãt d. non r. in hac dictione ponẽtes*

inquit

inquit Varro, Medius eſt dies, μεσημβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. μέση ἡμέρα. *Act. 26. ver. 13.*

TEMPVS OCCIDVVM, *Occaſus Solis. Sol occidens.* ὁ ἥλιος δύνων. *Lucæ. 4. ver. 40.* περὶ ἡλίου δυσμάς.

SVPREMA TEMPESTAS, *Serũ*, Ὀψία. *Sero*, Ὀψὲ, *Diei nouiſſimum tempus, Crepuſculum .i. dubium, quòd tum dubium ſit an dies an nox ſit. Id tempus ferè cum veſpera confunditur abs qua Hebræi diem ſuũ inchoabant. Matth. 27. ver. 58.* Ὀψίας δὲ γενομένης. *i. cũ ſerũ diei eſſet. Et Ioan. 19. v. 19.* οὔσης δ᾽ ὀψίας. *cùm ergo veſpera eſſet: ſeu cùm ſerum eſſet. Nam quia hæc tempora vicina ſibi & propinqua ſunt, ita vt finis vnius alterius ſit principium, fit vt plerumque confundantur inter ſe. quod & in aliis temporibus vſu venire ſolet.*

VESPERA, Ἑσπέρα: *cùm iam obtenebrata eſt terra & tenebræ irrepſerunt oriturque ſtella quam Græci* ἕσπερον *Latini Veſperuginem vocant. Idque tempus nox eſt. porrò eadem ſtella manè ante ortum Solem iubar Latinis dicitur, quòd eius ſplendor diffundatur in modum iubæ leonis inquit Feſtus Pomp. Catullus quo Latinè* ἕσπερον *nominaret, Noctifer dixit, ea forma qua Lucifer, in Epithalamio.*

Nimirũ Oeteos oſtendit Noctifer ignes: priſci verò illi rationis cæleſtis ignari diuerſas ſtellas Phoſporum & Heſperum exiſtimabãt. Primus Parmenides, vel vt aliis placet Pythagoras, vnã eandémq; eſſe exiſtimauit.

ANNI TEMPORA *quatuor.*

VER, Ἔαρ. *Ver inquit Varro, quòd tum incipiunt virere virgulta ac vertere ſe tempus anni niſi fortè à græco* Ἔαρ.

ÆSTAS, Θέρος *ab æſtu. niſi fortè à græco* αἴθεσθαι, *Varro.*

AVTVMNVS Φθινόπωρον & ὀπώρα *Iulio Polluci cap. 7. lib. 1. Feſtus dictũ putat quòd tum maximè augeantur hominum opes coactis agrorum fructib. Varro à Sole. ſed locum de mendo ſuſpectum habeo. Autumnus etiam interdum Autumni ſimulachrum pictum ſignificat.*

HYEMS, Χειμών, *Hyems, inquit Varro, quòd tum multi imbres, &c.*

DE HIS 4. TEMPORIBVS HIP*pocrates ita lib. 3. de dieta,*

ANNVM *in quatuor partes diuidunt, quas plerique omnes nouerunt,*

HYEMEM, *Ver, AEſtatẽ & Autumnũ.*

HYEMEM *quidem à pleïadũ occaſu vſque ad AEquinoctium Vernum.*

VER

VER: Ab AEquinoctio ad pleïadũ exortũ.

AESTATEM: A pleïadũ ortu vſq; ad Arcturi exortum.

AVTVMNVM: Ab Arcturi exortu ad pleïadum occaſum.

Vide quæ de his anni tẽporibus dicũtur ex Gal. in Artemiſio mẽſe macedonico ſecũdo.

PAVLVS ÆGINETA DE HIS *etiam hæc habet lib. 1. cap. C. in fine,*

A BRVMA vſque ad Vernum AEquinoctium numerantur dies nonaginta.

AB AEquinoctio Verno vſque ad Vergiliarum ortum dies ſex & quadraginta.

A Vergiliarum ortu vſq; ad Solſtitium æſtiuũ dies quinq; & quadraginta exiſtunt.

A Solſtitio æſtiuo ad AEquinoctiũ Autumnale dies tres & nonaginta.

AB AEquinoctio Autumnali ad Vergiliarum occaſum dies ſex & quadraginta.

AB occaſu Vergiliarum ad Brumam dies quinque & quadraginta.

ÆTIVS SERMONE 3. TETRABLI. *1. cap. 164.*

MENSE Martio die vigeſima tertia AEquinoctium Vernum.

Menſis Maij ſeptima Pleïades apparẽt. Viceſima quinta Iunij Solſtitia æſtiua. Viceſima quinta Septembris AEquino-

ctium Autumnale.

Viceſima tertia decembris Solſtitium eſt hybernum quam & Brumam appellant.

Aëtij interpres Dyſtrum Martio, Xantichum Aprili confert Cæteros menſes nominibus Latinis exprimit. Ego defectu codicis græci menſium Macedonicorum ex Aëtij deſcriptione nomenclaturam hoc loco inſerere non potui: quam tamen ſuo loco videbis.

Varro lib.1.de re ruſti.cap.28. Dies primus eſt veris in Aquario, AEſtatis in Tauro, Autumni in Leone, Hyemis in Scorpione. Cùm vniuſcuiuſque horum quatuor ſignorum dies tertius & viceſimus quatuor temporum ſit primus, efficitur vt ver dies habeat XCI. *AEſtas* XCIV. *Autumnus* XCI. *Hyems* XXCIX, *&c.*

Plinius lib.18.cap.25. Cardo, inquit, temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat per incrementa lucis. Augetur hæc à Bruma & æquatur noctib. verno æquinoctio diebus XC. *tribus horis. Deinde ſuperat noctes ad Solſtitium diebus* XCIII. *horis* XII. *vſque ad æquinoctiũ Autumni: & tum æquata die procedit, tum ex eo ad Brumam diebus* LXXXIX. *horis iii. & ſubdit. Omnéſque ea differentiæ fiunt in octauis partibus ſignorum. Bruma, Capricorni ad* VIII. *Calend. Ianua-*

Ianuarij ferè: AEquinoctium vernum, Arietis: Solſtitium Cancri: alterúmque AEquinoctium, Libræ, &c.

Iam Bruma Varroni de ling. La. à breuitate dierum dicitur, nempe tunc eſt breuiſsimus dies. Et fortaſſe per ſyncopen à Græca dictione βραχήμαρ nuncupata ſic à Latinis videatur. Quibuſdã Bruma, Solſtitium Hyemale nuncupatur: vt Columellæ lib. 11. cap. 2. & Macrobio lib. 1. Satur. cap. 27. quanquam ſunt qui hoc minùs Latinè dici putent. in queis eſt P. Victorius in explicationibus ſuis in M. Varronis numerum 46. lib. 1.

Solſtitium contrà, dies eſt anni longiſsimus: ſic dictus, vt Varroni placet, quòd Sol eo die ſtare videatur, & ea forma dicitur qua Iuſticium. Etſi autem à Solſtitio Solſtitialis deducitur (nam & ſolſtitialem morbũ dicimus qui Solſtitio, ſub caniculam, & quicumque æſtu ſæuit, & herbam ſolſtitialem, quæ æſtate media creſcit) tamen ea dictio plerumq; idem quod Solaris ſignificat. Liuius, deſúntque dies ſolido anno qui Solſtitiali circumagitur orbe: id autẽ eſt Solari orbe, & Solinus quà ſolſtitiali plagæ obuia eſt. i. plagæ ſolari quæ meridies eſt. Cæterum reuerſiones Solis quæ à Latinis Bruma & Solſtitium dicuntur, Græcis τροπαὶ appellantur θεριναὶ

& χειμεριναί.

AEquinoctiũ eſt cùm Sol venit in medium ſpatium inter Brumam & Solſtitium, vt inquit Varro. quòd dies æquus ſit & nox æquinoctium dictum. æquidiale, inquit Feſtus, apud antiquos dictum eſt quod nos æquinoctiale nunc dicimus. quia nox diei potiùs quàm dies nocti annumerari debet. græci quoque in hoc conſentiunt ἰσημερίαν id eſt æquidiale dicentes. Hæc Feſtus Pompeius.

Eſt autem æquinoctium duplex. Alterum Vernum cùm Sol eſt in Ariete: Alterum Autumni, cũ Sol eſt in Libra. vt ſupra dictũ eſt.

Notatu verò etiam dignum eſt AEquinoctium non tãtùm eſſe breue illud tempus vnius aut duorum dierum quo æquãtur ſpatia diurna nocturnis, ſed lõgiorem temporis tractum & interuallum, vt ab ipſo verno æquinoctio propè ad Vergilias: Cicero,

Nunc quidem nos moratur AEquinoctiũ quod valde perturbatũ erat. atqui ſcribebat hoc Cicero vt ex epiſtola liquet, XVII *Calendas Iunias. Scribunt vero noſtræ huius tempeſtatis aſtrologi AEquinoctium vernum die* X. *Martij hora prima à meridie minuto* XXX. *contingere. Autumnale verò die* XIII. *Septembris hora ſecunda.*

DE

DE MAGNO ANNO EX VARIIS *Auctoribus.*

OENOPIDES Chius Aſtrologiæ cumprimis peritus cùm dedicaret in Olympiis legũ tabulam inſcripſit in ea Aſtrologiam annorum quinquaginta nouem, affirmans hunc eſſe magnum annum. Hæc AElianus titulo De quibuſdam Aſtrologis.

Meton Lacedemonius, vel, vt alii, Lacedemonienſis aſtrologiæ peritus columnas ſtatuit, & in eis curſum Solis adnotauit atque magnum annum, vt ipſe dicebat, adinuenit, quem intra nouemdecim annorum curriculum concluſit, eóque ἐννεαδεκατηρὶς *dicebatur. Quidam huic numero addũt intercalationes ſeptem.*

Ioſephus lib. 1. antiquit. Iudaicarum cap. 3. aut ſecundum veterem tralationem cap. 8, ex annis ſexcentis magnum annum cõſtare ſcribit: quo loco nonnulli nongentis ſcribunt.

Plutarchus de placitis philoſophorũ lib. 2. cap. 32. & vltimo, Annus, inquit, Saturni quidem eſt annorum ambitus vertentium XXX. *Iouis autem* XII. *Martis duorum. Solis* XII *menſes. totidem Mercurÿ & Veneris. pariles enim eorũ curſus. Lunæ dies* XXX. *Hic enim perfectus mẽſis ab Luna ad intermẽſtruam. cæterum quidã annũ octennium*

eſſe exiſtimauerũt. Nõnulli annos vndeuicenos Sunt qui vndeſexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annorum millibus conſtare putat. Diogenes ex tricenis quinquagenis quinis ſupra Heracliti annum. Alij ex ſeptenis millibus tricenis ſeptuagenis ſeptenis.

Democritus Abderites annum magnum confecit ex annis communibus ſeu vertentibus duobus & octoginta ac intercalatoriis menſibus octo & viginti.

Diuinus Hipparchus trecentos quatuor annos in ſuo anno magno numerari voluit in quo bis centies decies intercalabatur.

ANNVS MAGNVS CHALDAI*cus conſtat ex annis* XII*. vertentibus ideóq; δωδεκαετηρὶς dictus eſt, ſicut & ὀκταετηρὶς magnitudo octo annorum vertentium quæ etiam ἐννεατηρὶς dicebatur quia initium eius nono quoque anno redibat. Illud octenniũ: hoc nouennium Latinè dicatur. Ludi Delphici qui Pythia dicebãtur, hoc interuallo tẽporis, id eſt noni anni initio celebrabantur. Erat & τετραετηρὶς id eſt quadriennium: quod tempus quatuor annis vertentibus conſtat, & πεντετηρὶς etiã dicitur, quòd quinto quoque anno rediret, vt certamen olympicum Ioui ab Hercule dicatum quinto quoque anno incipiente conficiebatur: & Olympias*

hæc

hæc annorum magnitudo eſt nuncupata, qua Græci hiſtoriographi in notandis temporibus vſi ſunt. Idem tempus anni Romani magni fuit, quod Luſtrum appellabant à Seruio Tullio Rege conſtitutum, vt quinto quoque anno redeunte, cenſu ciuium habito Luſtrũ conderetur. Luſtrum, inquit Varro, nominatum tempus quinquennale à luendo id eſt ſoluendo quòd quinto quoque anno vectigalia & vltro tributa per Cenſores perſoluebantur.

Fuit & annus magnus duorũ annorum vertentium τριετηρὶς *dictus quòd tertio quoque anno intercalaretur, vnde myſteria quæ alternis annis Libero patri celebrabantur trieterica à poëtis dicuntur.*

ARISTOTELES *apud Cenſorinum annum maximum potiùs quàm magnum appellat eum quem Solis & Lunæ vagarúmque ſtellarum orbes conficiunt. cùm ſcilicet ad idem ſignum, vbi quondam ſimul fuerũt vnà referuntur. Cuius anni ſumma hyems eſt* κατακλυσμὸς, *noſtri diluuium vocant. AEſtas verò* πύρωσις κόσμου, *id eſt mundi incendium ſeu conflagratio. His enim alternis temporibus mundus tum igneſcere tum exaqueſcere videtur. Hunc annum verè vertentem eſſe Cicero ſcribit & Macrobius*

mundanum appellat, quia conuerſione plenæ vniuerſitatis fiat, earum etiam ſtellarum quæ propter tardiſſimum eóque incomprehenſibilem earum motum, cælo infixæ videantur. Hunc annum Ariſtarchus conſtare putauit ex annorum vertẽtium duobus millibus quadringentis octoginta quatuor: Aretes verò Dyrrachinus ex quinque millib. quadringentis quinquaginta duobus: Heraclitus & Linus decem millium octingentorum, Dion decem millium nongentorum octogintaquatuor maximum annum eſſe affirmauit. Macrobius annorum quindecim millibus eum cenſeri ſcribit. Alij infinitum eſſe, nec vnquam in ſe reuerti exiſtimauerunt. Icirco Cicero variæ hac in re opinionis non ignarus in ſomnio Scipionis de hoc magno anno loquens ita ait, In quo vix audeo dicere quã multa hominũ ſecula cõtineãtur.

FIRMAMENTVM *proprio motu in ducentis annis vnum zodiaci gradum percurrit, atq; ita totũ zodiacũ abſoluit quadraginta nouẽ millibus annorũ: quod ſpatiũ magnũ annũ Platonis aliqui vocãt quo exacto omnia ſint priſtinum ordinem habitura.*

CICERO *lib. de vniuerſitate: Attamen illud proſpici & intelligi poteſt abſoluto perfectóque numero temporis abſolutum perfe-*

ctumq;

ctũq; annum tunc compleri. denique cùm ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt, cúmque eos permenſus eſt idem & ſemper ſui ſimilis orbis.

AB exortu canis matutino ſeu heliaco (canem antẽ diebus 24. poſt Solſtitiũ oriri lib. 18. cap. 47. ſcribit Plin. Cenſorinus viceſimo die Quintilis) AEgyptii ſuum magnũ annũ inchoabãt, quẽ κυνικὸν & ἡλιακὸν vocabant quoties ſcz. primus dies Thoth cũ hoc exortu canis congruebat. Continebat verò annus ille κυνικὸς dictus annos communes AEgyptios M. C C C C. L X I. *Iulianos vero annos* M. C C C C. L X. *Plinius lib. 2. cap. 47.* Annus cynicus. 1461. 1460.

CASTA faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Hæc dum canit Virgilius in Bucolicis alludere videtur ad principium magni anni quem cecinit Sybilla procedere & decurrere à conſulatu Pollionis, cui tunc temporis natus eſt Saloninus, quẽ natum tam fœlicem futurũ adulatoriè dicit poëta, vt viſurus ſit heroas ſuæ tempeſtatis cum diis permiſtos. haud ſecus quàm in illa etiam integritate & probitate aurei ſeculi deos verſatos cum hominibus credebant: eo quòd tum homines propè ſublatis ſceleris veſtigiis vitam deorum viuebant. Innuit ergo poëta natales Salonini incidiſſe in principium aurei

ſeculi, eóque orbem Pollionis virtute pacatum à Salonino rectum iri in longa pace & quæ in multos annos proceſſura ſit, non illos quidem vertentes & communes, cuius etiam menſes vertentes ſint, ſed in magnos annos, & cuius etiam menſes magni futuri ſint. vt ſi, verbi gratia, magnus annus fuerit centum quadraginta quatuor vertentium: duodecim anni menſem vnum magnum efficiant, & pro vno menſe ſint, qui magnus dicatur.

ANNVS IVBILÆVS, *Erat quinquageſimus quiſque, qui pluribus cum ſuis ceremoniis deſcribitur Leuitici 25. Deducitur à voce hebræa quæ buccinã ſignificat quòd ſcz. ille annus buccina ſignificandus & annũciandus erat. Primus autem Iubilæi annus fuit primus annus ingreſſionis in terram Chanaan, quintus annus Ioſue Ducis, & annus mundi. 2493. A quo vſque ad prædicationem Ioannis Baptiſtæ & Baptiſma D. Ieſu Chriſti viginti nouem quinquagenarij ſeu Iubilæi cum annis 49. fluxerunt.*

DE VARIA INTERCALANDI *ratione.*

ÆGYPTII *dies quinque quotannis ad anni ſui finem, vt ſuo loco dicetur, intercalant.*

ARA-

ARABES & Hebræi tertio quoque anno menſem vnum dierum triginta trium ad anni ſui finem intercalant. quam intercalandi rationem etiam aliquãdiu ſecuti ſunt Attici.

ATTICI tandem octauo quoque anno reuoluto menſes tres dierum ſingulos tricenûm ad anni octaui finem intercalant.

ROMANI quarto quoque anno incipiente diem vnũ intercalarium interſerunt ad ſextum calend. Martias.

CICERO actione 4. in Verrem ferè vltra medium orationis aliam quãdam intercalandi rationem affert. his verbis de Verre loquens: Eſt cõſuetudo Siculorum cæterorúmque Græcorum, quòd ſuos dies menſeſque congruere volunt cum Solis Lunæq; ratione, vt nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximãt vnum aliquem diem aut ſummum biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρέσιμους dies nominant. Item nonnunquã vno die menſem longiorem faciunt aut biduo. &c. & poſt, Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium 45. dies longum, vt reliqui menſes in ſuam rationem reuerterentur. Ex quo liquet dies exẽptiles (hi ſic dicuntur quòd eximantur & tollantur de anno) contrarios eſſe intercalaribus: qui interſeruntur & addun-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

tur. exemptiles etiam ἀφαίρετοι dicuntur.

MENSIVM QVORVNDAM SPARſim ab auctoribus citatorum nomina quorum integra ratio nondum comperta eſt.

ALALCOMENIVS, *Bœotis Mæmacterion, Plutarcho in Ariſtide. de hoc in mæmacterione. Alalcomenas vrbem Ithacenſium nominat Plutarchus problemate Rom. 153.*

BVCATIVS *primus menſis Thebanorum, Plutarcho in Pelopide.*

CARNIVS *vide in Metageitnione.*

CRONIVS *vide in Hecatombæone.*

DAMATRIVS *Bœotis, Athyr AEgyptiis, Pyanepſion Athenien. vide in Pyanepſione.*

DELPHINIVS *Celius lib. 8. cap. 6.*

DIOSCVRVS. *Machabeorum* XI. *niſi vitiatus eſt locus pro Dyſtron. vide in Dyſtro.*

GERASTIVS. *Huius meminit Thucidides lib. 4. cap.* XV. *vide in Elaphebolione.*

HIPPODROMIVS *Bœotis, Athenienſibus Hecatombæon. Plut. in Camillo.*

LENÆVS *vel Leneon, Heſiodo. de quo & Gaza in menſibus Atticis.*

MERCIDINVS, *Plutarcho in Numa. idem videtur qui in Cæſare eidem dicitur Mercedonius. vide in anni Romani tracta-*

tractatione in Numa: & vide num ſit alluſio ad nomen id quod habetur Machabeorũ 2.cap.15.quo loco ſcriptum eſt: pridie Mardochei die. vide in Adar.

MÆSVIS *lingua Oſca menſis Maius: Feſt. Pompeius.*

MINOVS *menſis apud beatorum inſulas, Luciano initio libr. 2. verarum hiſtoriarum. Hactenus:*

Anni Aegyptij

RATIO,

ANNI *exterarum & præcipuarum ferè totius orbis gentium rationem redditūri cùm eſſemus, ipſúmque cum anno Romano collaturi: ab AEgyptio dicendi initium facere voluimus, quòd apud ſolos AEgyptios, anni certum ſemper modum fuiſſe (cùm aliarum gentium diſpari numero, pari qua apud priſcos Romanos ratione nutaret) præter Macrobium confirmare & teſtari videri queat Herodo. Halicar. in Euter* Cap.8.l.1. Satur. Initio l.2.

pe ſic poſt alia ſcribens: Hæc ita referebant inter ſe conſtare, Omnium primos AEgyptios annum comperiſſe, diſtinguentes eum in duodecim temporum menſes. Idque comperiſſe ex aſtris. eo ſcientius, vt mihi quidem videtur, hoc agentes quàm Græci, quòd Græci, tertio quoque anno, intercalarium menſem introducunt, tẽporis gratia: AEgyptii, tricenis diebus, quibus duodecim menſes taxãt, adiciunt huic numero quotãnis quinos dies, inde eis ratio circuli temporum conſtat eodẽm redeũtis. Cur autem apud AEgyptios potiùs quàm apud vllos alios populos, anni ſemper certus modus fuerit, ex infinitis auctoribus diſcere liceat quorum hîc nominatim citabo teſtimonia. Primùm Plato in Epinomide ſcribit ſpectatorem lationum & anfractuum cæleſtium Barbarum fuiſſe, quem antiqua regio ob cæli ſerenitatem aluerit. qualis eſt, inquit, AEgyptus & Syria, vbi ſtellæ ſemper omnes, vt ita dixerim, clarè cernuntur: quia cæli aſpectum nubes & pluuiæ non impediũt

Lib. 2. de origine erro. c. 14 *Et Lactantius ſcribit etiam, eos de filiis Noe qui omnium primi AEgyptum occupauerũt cæleſtia ſuſpicere atque adorare cœpiſſe. Et quia, inquit, neque domiciliis tegebãtur propter aeris qualitatẽ (nec enim in ea regione nubibus ſubtexitur cælum) curſus ſyderũ & defectus*

*defectus notauiſſe, dum ea ſæpè veneran-
tes, curioſius atque liberius intuerentur. Et
Ioſephus etiam ſcribit apud Ægyptios Chal* Lib.1.con-
dæos & Phœnicas res geſtas antiquiſſimam tra Appi-
& permanentem habere memoriæ traditio- onem.
*nem, quòd locis omnes inhabitent, quæ ne-
quaquã aëris corruptioni ſubiaceãt, & quòd
multam prouidentiam habuerint, vt nihil
eorum quæ apud eos aguntur ſine memoria
relinquatur. Quin & Strabo tradit ſacerdo-* Lib.geog
tes Ægyptios excurrentes diei ac noctis par 17.
*ticulas ſupra trecentos ſexaginta quinque
dies Platoni & Eudoxo, qui eius rei diſcen-
dæ gratia annos tredecim cum illis verſati
fuerant, tradidiſſe. Diodorus quoquè Siculus
de Thebæis ſacerdotibus loquens, docet men-
ſes ab eis & annos eſſe inſtitutos: eoſque, dies
nõ ſecundũ Lunam ſed ſecundũ Solem me-
tiri, dierumque triginta menſem conficere.
Item dies quinque menſibus duodecim ad-
iungentes anni curſum perficere. Intercala-
res menſes non interponere, neque dies ſub-
ducere, vt Græcorum quidam. Sed & fidem* Lib.1.c.9
*etiam faceret Pomponius Mela, ni hiſtoriam
fabulis condiret, in particulari Aſiæ deſcri-
ptione de Ægypto loquens: Ægyptij, in-
quit, vetuſtiſſimi hominum, vt prædicãt, tre
cẽtos & triginta Reges ante Amaſim, & ſu*

pra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt. mandatúmque literis ſeruant, dum AEgyptij ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſydera, ac ſolem bis iam occidiſſe vnde nunc oritur. Quanquam Beroſus primam AEgypti Dynaſtiam refert ad annum mundi 1788. Scio tamen Plutar. in Numa ſcribere, Romanos primùm, annũ X tãtum menſibus, vt & quoſdã Barbaros tribus: Arcades, quatuor. Acarnẽſes, ſex: AEgyptios, vnico tãtum menſe annũ cõpoſuiſſe, ac deinde quatuor. Vnde fit, inquit, vt hi quanquã nouiſſimam terram incolant, vetuſtiſſimi tamẽ putentur eſſe, ingentem annorum multitudinem in recenſione generis afferentes, quippe qui menſes in annorũ numero ponant. Xenophon etiam apud Beroſum lib. 1. de æquiuocis temporũ hæc habet: AEgyptij ipſi vtũtur anno quãdoq; mẽſtruo, ſæpè bimeſtri, nõ raro trimeſtri, ſæpè quadrimeſtri, nonnunquã Solari. Idẽ habet Plin. l. 7. cap. 48. Solinus cap. 3. Auguſtinus lib. de ciuitate Dei. 12. ca. 10. Verius id eſſe credam quod Ioſephus ſcribit antiquitatũ Iudai. lib. 1. cap. 8. Abrahamũ, fame terram Chanaan inuadente, audita AEgypti vbertate proficiſci illuc decreuiſſe, & profectum, numerorũ ſcientiam & ſyderũ benignè illis cõmunicauiſſe. nã ante Abrahami ad ſe aduen-

Secundum veterem tralationẽ cap. 16.

aduentũ, AEgyptii, in quit, erant rudes eiuſmodi diſciplinarũ, quæ abs Chaldæis ad AEgyptios profectæ hinc ad Græcos tandem peruenerũt. Sed vtcumq; ſit, ab AEgyptio anno hãc anni tractationẽ exordiemur, non prius tamen quàm docuerimus Babylonios & Perſas in anni quãtitate, eiuſdẽ principio, & mẽſiũ partitione cũ AEgyptiis conuenire, in eóq; imitari ſolaris circuli dimenſionem. Nã menſem ita diuidũt in triginta, vt ſignũ vnũ in triginta partes diuidimus. Vltimo tamẽ mẽſi, quẽ Meſori vocant, quinque dies velut auctarij vice ſuperaddunt. Itaque intercalatione facta annus totus conſtat diebus 365. neglecto interim quadrãte diei, qui ſupra illos dies excurrit. Differt autem anni AEgyptij initiũ à Græco, quòd initiũ Græci, à Solſtitio æſtiuo ſeu à meridie primi diei Hecatombæonis primi ſui menſis, pendet: AEgyptiaci anni initium nullo modo pendet ab aliquà troporum quatuor anni circuitus Solis conuerſione, ſed à meridie primi diei primi ſui menſis Thoth qui ſingulis quatuor annis, vnius diei interuallo anticipans, à conſequentibus migrat in antecedentes, propter quadrantem diei, quo annus Romanus AEgyptiũ ſuperat. quæ cauſa eſt etiã quamobrẽ nec AEquinoctia apud AEgyptios nec Solſtitia ſtabilia

eſſe poßint, ſed in conſequentia progrediantur, ſicut in noſtro anno Iuliano paulatim anticipãt, quia plus iuſto, vt ſuo loco dicem⁹, intercalatur. Quomodo autem ſingulis quatuor annis AEgyptius annus vnius diei interuallo anticipans à conſequentibus redeat in antecedentia, exemplo tibi, doctrinæ gratia, patefaciam.

1540. *Anno Domini M. D.*
1541. *X L. & tribus ſequentibus, primus dies*
1542.
1543. *Thoth primi apud AEgyptios menſis, concurrebat cum tertio die noſtri Auguſti: Anno 1544. & tribus itidem ſequentibus cum ſecundo eiuſdem Auguſti: Anno 1548. & trib. ſequentibus cum primo eiuſdem Auguſti: Anno 1552 & trib. ordine ſequentibus in triceſimum primum & vltimum Iulij incidebat idem primus dies Thoth, vt iiſdem modo & via AEgyptius annus, quarto quoque vt dictum eſt anno, vnius diei interuallo anticipans à conſequentibus redeat in antecedentia, ſecundum quam rationem poſt annos cẽtum vigintiquatuor ab vltimo die menſis Latini dierum vnius & triginta, vt verbi gratia Iulij, primus idem dies Thoth retrolabetur ac recidet in primum menſis Iulij, ſicut poſt centum & viginti annos ab vltimo die menſis dierum* XXX. *vt verbi gratia Iunij, idem primus dies Thoth, in primũ*

eiuſdem

*eiuſdem Iunii recidet. Id quod contingit, pro
pter cauſam antedictam, nempe quòd AEgy-
ptii quadrantem diei, qui abundat ſupra tre
centos ſexaginta quinque dies, prorſus negli
gunt, neque ſupra dies quinque exactiorem
numerum admittunt. Sanè idipſum etiam
contingeret in noſtris Iulianis & Europæis
annis, niſi horarum ſex ſeu quadrantis diei,
qui ſuperexcedit numerũ dierũ trecẽtorum
ſexaginta quinq;, quarto quoq; anno, quãdo
citiùs non poſſumus, rationẽ haberemus. Sin
gulis ergo olympiadibus initia AEgyptiorũ
menſium tranſeunt in proximum & antece
dentem diem menſis Iuliani. vt in centum
aut mille annis tot ſint Olympiades quot ſunt
dies totis illis annis anticipationis. Ex quib⁹
colligere licet AEgyptii anni principia tẽpo-
ribus mutari, & primum menſem Thoth a-
liàs in Ver, aliàs in AEſtatẽ, Autumnũ etiã
& Hyemem incidere poſſe. ac tandẽ vbi va-
gatus ſit per ſingulos totius anni Romani ſeu
Iuliani dies, expletis ſcilicet mille quadrin-
gentis ſexaginta annis, ad idem principium
redire. vnde apparet Lactantiũ firmi. lib.
1. cap. 6. de falſa religione, falſum fuiſſe, qui
Thoth Septembri noſtro reſpondere putauit,* 3. de na-
dum ex Cicerone ſcribit, Mercurium quintũ tu. deo.
fuiſſe eum à quo Argus occiſus ſit, ob eãque ſub perſo na cottæ.

cauſam AEgypto præfuiſſe, atque AEgyptiis leges & literas tradidiſſe. Hunc AEgyptij, inquit Cicero, Thoth appellant, eodemque nomine anni primus mẽſis apud eos vocatur & Thoth id eſt September nomen accepit. hactenus Lactan. Falſus quinetiam eſt & auctor Epigrammatis quod habetur in fine lib. 1. Epigrammatũ Græcorũ eo quòd nulla habita ſupradictorum ratione menſes AEgyptios cum Romanis cõferre voluerit, & Thoth Septembrem eſſe ex titulo dixerit: niſi ſi fortaſſe vtrumque aut ſui temporis rationem habuiſſe, aut ordinem etiam ſingulorum menſium AEgyptiacorum nobis exponere voluiſſe, aut ad annum cynicum reſpectum habuiſſe dicas. Aſcribã hîc tibi lector Epigramma vt & nomen menſium AEgyptiorum & eorum ordinem videas. Id ſic habet.

Μῆνες Αἰγυπτίων. Σεπτέμβριος.

1 Πρῶτος Θὼθ ἰδάαν δρεπάνην ἐπὶ βότρυν ἐγείρει.

2 Ἰχθυβόλοισι Φαωφὶ φέρει πανδήμιον ἄγρην.

3 Πληϊάδων φαίνουσιν Ἀθὺρ τεκμαίρεται ὥρην.

4 Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην.

5 Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἷμα πιαίνει.

6 Σημαίνει πλωτῆρσι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.

7 Ἄρεος ὅπλα φέρειν Φαμενὼθ δείκνυσι μαχηταῖς.

8 Εἰα-

8 Εἰαρινῶν φαρμουθὶ ῥόδων προτάγγελός ἐστι.

9 Λήια δ᾽ αὖ ἀνθέντα Παχὼν δρεπανοῖσι φυλάσσει.

10 Εὐκάρπου δὲ Παϋνὶ προάγγελός ἐστιν ὀπώρης.

11 Καὶ σταφυλὴν κατέχων θ᾽ ἀμπελός ἐστιν Ἐπηφί.

12 Καὶ μεσορὶ Νείλοιο φέρει φυσίζοον ὕδωρ.

Nos eos verſus vtcunque ſic Latinè reddidimus.

Nomen & ordo Menſium AEgyptiacorum.

MENSES ÆGYPTIORVM.

September

Thoth. *Primus Thoth nouit falcem committere in vuas.*

Phaothi. *Omnigenos adigit piſces in rete Phaothi.* Alias Phaophi.

Athyr. *Pleiadum exortus Athyr apto tempore ſignat.*

Choiac. *Aſt ſatæ ſegetis Choiac primordia prodit.*

Tybi. *Pandit Tybi togas, & tinctas murice veſtes.*

Mecheir. *Signa Mecheir præbet naues committere ponto.*

Phamenoth. *Armigeri iactat Phamenoth inſignia Martis.*

Pharmuthi. *Aſt vernæ Pharmuthi roſæ prænuntius extat.*

Pachon. *Flaua Pachon curuæ ſeruat cerealia falci.*

Payni. *Mitia ferre ſolet fæcundus poma Payni.*

Epephi. *Vitiger atque vuis pulchrè eſt redimitus Epephi.*

Meſori. *Viuificas Meſori patuli Nili excitat vndas.*

DE HIS MENSIBVS IOANNES *Bapt.pius adnotationum poſteriorum cap.65.*

Nilus ſingulis annis inundat, idque à Solſtitio æſtiuo ad AEquinoctium, & adeo terram adducto limo fæcundat, ut ſegetes quatuor aut quinque menſibus exactis ad meſſem redeant. Munſterus in Ptole.

Ὄντος ἡλίου ἐν λέοντι ὁ Νεῖλος ἀναβλύζει.i. *cùm Sol eſt in Leone, Nilus inundat. Theon Arati interpres in carmine de Cancro & Leone.*

Certè eundem & ordinem & nomen idẽ iiſdem etiam menſibus attribuit AEtius medicus perſtãtiſ. in extremo fine lib.12. ſeu tetrabibli tertiæ ſermone 4. cap.48. vbi dietam podagricis inſtituit his verbis:

Thoth.1. *Septembri lac & edant & bibant.*

Phaophi.1. *Octobri allia edant.* Alij Phaothi.

Athyr.1. *Nouembri in totum non lauent.*

Choiac.1. *Decembri braſsicam ne edant.*

Tybi. *id eſt Ianuario manè meracũ bibant.*

Mecheir 1. *Februario betamne edant.*

Phamenoth.1. *Martio dulcia cùm in cibo tum in potu ſumant.*

Pharmuthi.1. *Aprili raphanũ ne guſtent.*

Pachon.1. *Maio polypum ne edant.*

Payni.1. *Iunio manè frigidam ſumant.*

Epephi.

Epephi. 1. *Iulio à venereis abſtineant.* Alij Epiphi.
Meſori. 1. *Auguſto maluam ne edant.* Alij Meſori:

Hæc ille. Affirmare tamen pro certo non audeo an menſium Latinorum ad AEgyptiacos additæ interpretationes Aetii ſint, an verò interpretis Cornarii. quòd codice Græco deſtitutus eſſem. Vtcunque ſit vides tamen Lector, idem & nomen & eundem ordinem menſibus AEgyptiacis cùm ab auctore Epigrammatis tum ab AEtio medico celebri & claro attribui. Ex hoc ordine intelligi datur eũ locum qui eſt apud Ioſephum antiquitatum Iudaic. cap. 5. & ſecundum veterem tralationẽ cap. 13. lib. 2. mẽdoſum eſſe: qui ſic habet. Deus iuſsit Moſen edicere populo vt paratum haberent ſacrificium præparatũ decimatertia Xanthici menſis in quartamdecimam, qui apud AEgyptios Pharmuthi dicitur, idem Hebræis Niſan & Macedonibus Xantichus. Nam hæc verba, qui apud AEgyptios Pharmuthi dicitur, & quæ ſequuntur, ex margine in contextum irrepſiſſe credam. Conſtat enim Pharmuthi ordine octauum eſſe, vt ex ſuperiori cùm Epigrammate tum AEtii loco colligi poteſt.

Quinetiam Plinius lib. 6. cap. 23. quorundam ex his meminit his verbis. Ex India renauigant menſe AEgyptio Tybi, incipien-

te noſtro Decembri, aut vtique Mecheiris AEgyptii intra diem ſextum: quod fit intra Idus Ianuarias noſtras. ita euenit vt eodem anno remeent.

IDEM *auctor & libro vigeſimoſeptimo capite duodecimo de Myoſotide loquens, Tradunt AEgyptij menſis quem Thoth vocant die* XXVII. *ferè in Au-*

Plinij locus emẽdatus.

guſtum menſem incurrente, ſi quis huius herbæ ſucco inungatur, &c. quo loco male legitur Thiatim pro Thoth.

Meſori meminit Lucianus in Philopatrida.

Sanè Theon Arati Φαινομένων *interpres in carmine de Hydra (quam AEgyptij Nilum eſſe volunt) trium menſium Thoth, Epephi & Phaophi meminit his verbis,* Ἡ γὰρ κεφαλὴ τοῦ ζωδίου ἐστὶ περὶ τὴν ἱερὰν μοῖραν τοῦ καρκίνου περὶ τὸν Ἐπιφὶ μῆνα, ὅς ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Αὐγοῦστος, ὅτε τὸ μεσαίτατόν ἐστι τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. τὰ δὲ τελευταῖα αὐτοῦ περὶ τὴν παρθένον περὶ τὸν Θὼθ, ὅς ἐστι Σεπτέμβριος· ὅτε καὶ τὰ τελευταῖά εἰσι τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. ἡ δὲ οὐρὰ αὐτοῦ περὶ τὴν κεφαλὴν ὀφείλει εἶναι τοῦ Κενταύρου, ἵνα καὶ ὑπὸ Χηλὰς ἢ τὸ τέλος αὐτοῦ. περὶ γὰρ Φαωφὶ παύεται ὁ Νεῖλος. ὅς

ἐστι

ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτώβριος.. *Id eſt, Caput enim ſigni (de hydra autem loquitur) Cancri magnam partem occupat, circa Epephi menſem, qui Romanis Auguſtus eſt, ac medium tempus accretionis & incrementi Nili.*

EXTREMA *verò ipſius circa Virginem circiter menſem Thoth, qui ſecundum Romanos September eſt, extremúmque tempus inundationis Nili. Cauda vero ipſius ad Centauri caput eſſe debet, vt & Chelas ipſius extremum occupet. Nam Phaophi menſe, qui Romanis October eſt, ſubſidit Nilus & creſcere deſinit: Hæc ille.*

CÆTERVM PLVTARCHVS *etiam primi, quarti & octaui menſium AEgyptiorum meminit in Romulo initiò, cùm ſcribit Tarutium quendam profeſſione Mathematicum audacter intrepidéque ad propoſitam à Varrone Philoſopho Romano de die natali Romuli quæſtionem, pronunciauiſſe Romulum conceptum fuiſſe anno ſecundæ Olympiadis primo, viceſima tertia die menſis eius qui AEgyptiis Choiac dicitur hora tertia cùm Sol totus deliquiũ pateretur. Na-*

tum autem eſſe menſis Thoth die viceſimaprima circa Solis ortum. Romam ab eo conditam die nona menſis Pharmuthi inter ſecundã & tertiam horã. Hæc ille. Ex qua hiſtoria nonimeſtrem fuiſſe Romulum videre licet, cùm à Choiac menſe conceptus, Thoth natiuitatis mẽſis nonus ſit. Cæterum Sempronius de diuiſione Italiæ vna cum Beroſo impreſſus L. Carrutium nominat eũ quem hîc Plutarchus Tarutiũ vocat, & ſcribit Romam conditam X I. Calend. Maias inter ſecundam & tertiam horam Sole in Tauro: Luna in Libra: Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione: Ioue in piſcibus.

Tertii verò menſis, qui eſt Athyr meminit idem Plutarch. in Iſide his verbis Καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι· ἔστι δ᾽ ὁ μὴν οὗτος περὶ πλειάδα σπόριμος ὃν Ἀθὺρ αἰγύπτιοι, Πυανεψιῶνα δ᾽ Ἀθηναῖοι, Βοιωτοὶ Δαμάτριον καλοῦσιν. *i. Etenim mulieres humi decumbentes Athenis in Theſmophoriis ieiunant. Eſt autem menſis hic circa Pleïadas ſementi dicatus, quem AEgyptii Athyr, Athenienſes Pyanepſionem, Bœoti Damatrion vocant.*

Alij menſibus AEgyptiacis hæc etiam nomina attribuunt, quæ vulgaria & recen-

tia eſſe credam & apud eos hodie vſurpata, miſta ex Barbara & Turcica lingua.

1	*Thuth*		
2	*Bala*	*vel*	*Baba.*
3	*Hetur*	*vel*	*Accor.*
4	*Heybit*	*vel*	*Ahyahy.*
5	*Thoba*	*vel*	*Sobbi.*
6	*Amihur*	*vel*	*Mayr.*
7	*Barmaher*	*vel.*	*Phamenith.*
8	*Barraioda*	*vel*	*Sarmorum:*
9	*Bixbuoch*	*vel*	*Macor.*
10	*Zuba*	*vel*	*Zeuſi.*
11	*Abili*	*vel*	*Acticha:*
12	*Mazre*	*vel*	*Manſori.*

Annvs ergo AEgyptius habet menſes XII. *mēſes ſinguli habēt dies* XXX. *Triginta autē duodecies multiplicati trecētos ſexaginta dant, quæ ſumma eſt dierum anni AEgyptiaci ante intercalationem.*

Ad finem autem vltimi menſis, dies quinque quotannis intercalātur, ita vt tum annus dies trecentos ſexaginta quinque habeat.

Anno 1560. 61. 62. 63. Primus dies Thoth concurret cum XXIX. *Iulij.*

Anno 1564.65.66.67. Annus AEgyptius incipiet à XXVIII.*eiuſdem Iulij.*

Anno 1568.69.70.71. Idẽ annus AEgyptius incipiet à XXVII.*Iulii. Seu ſi vis primus dies Thoth concurret cum eodẽ Iulii* XXVII.

Anno 72.73.74.75. Idẽ prim⁹ dies Thoth, q & primus anni eſt, cũ XXVI.*Iulii cõcurret.*

Du primo anni AEgyptii die diximus. Iam quod ad vltimum anni diem attinet cõperies Ephemeride conſtructa vltimũ diem trium primorũ annorũ communiũ, ſcz. 1560. 61.62. ante intercalationem incidere in Iulii 23. poſt intercalatos verò ad finem vltimi menſis dies V. *in 28. eiuſdem incidere. vt videas nullum omnino diem vel redundare vel deficere inter anni finem & eius initiũ. quippe* XXVIII.*die Iulii annus 1560. & duo ſequẽtes terminãtur, incipiunt autẽ hi anni à* XXIX. *eiuſdẽ Iulii abs quo annus incepit.*

Quarto verò eóque biſſextili anno nempe 63. propter intercalationem Romanam ad ſextum Calend. Martias factam, vltimus dies anni AEgyptii recidet in XXVII.*eiuſdẽ Iulii. Atque hic* XXVII. *oſtẽdet tibi interea diem ſe præcedentem id eſt,* XXVI.*diem daturum initium quadriennio futuro, annis ſcilicet 64.65.66.67. quod obſeruandum tibi erit in quotquot quadrienniis quorum ephemeridem*

meridem conſtruere voles.

Quin & meminiſſe oportebit, de more quarto quoque anno Romano ad ſextum Calendas Martias diem vnum, & quotannis ad finem Meſori vltimi AEgyptii menſis dies quinque intercalare. ac primum annum quadriennii AEgyptii ſemper poſt annũ Biſſextilem Romanum inchoare. Sic comperies quadriennio expleto & cõfecto primum diem Thoth vnius diei ſpatio anticipare & retro in anteriora ferri: &, verbi gratia, ab vltimo die menſis Iunii ad primum eiuſdem redire, poſt annos centum viginti. ac ſic vagari poſſe per omnes dies & mẽſes Iulianos. & tãdem à Calendis, verbi gratia, Auguſti ad eaſdem Calendas reuerti, intra annos Mille quadringentos ſexaginta. Porrò verò de quinque diebus intercalatoriis loquitur Strab. lib. Geograph. 17. in hac verba. τούτων δὲ ἐστὶ καὶ τό. τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ Σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ καθ' ἥλιον τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον. *i. Hi verò (de Thebanis autem ſacerdotibus loquitur) dies anni non pro Lunæ ſed motus Solis ratione diſpẽſant, ad tricenarios 12. menſes quotannis dies 4. ſuperadiiciẽtes.*

Sanè Epiph. Conſtantiæ Cypri Epiſcopus

C. iiii.

quorundam etiam ex his meminit menſibus. nominatim autem lib. primo contra hæreſes tomo 1. contra hæreſim XI. his verbis. Locant autem hi nouum menſem Azymorũ poſt nouum annum qui fit in Autumno hoc eſt poſt menſem Thyri, qui Auguſtus apud

Tomi 1. lib. 2.

Romanos appellatur, Meſſori apud AEgyptios, Gorpiæus apud Macedonas, Apellæus apud Græcos, &c. & paulò pòſt contra hæreſin LI. vndecimam Tybi cum quinta Ianuarii confert, & Phamenoth viceſimaſexta AEquinoctium fuiſſe ait, quo die reſurrexit Dominus, & ante vndecimum Calendas Aprilis, & duodecimam menſis Atyr dicit fuiſſe ante ſextum Idus Nouembris. Eodem loco hæc etiam idem habet:

Nato. n. ipſo (de Chriſto loquitur) circa Ianuarium menſem hoc eſt ante octauum Idus Ianuarij, quæ eſt quinta Ianuarij menſis ſecundum Romanos, ſecundum AEgyptios Tybi XI. Iuxta Syros ſeu Græcos Audinæi ſexta, iuxta Cyprios ſeu Salaminios quinti quinta, Iuxta Paphios Iulij XIII. Iuxta Arabas* *Aleom *XXI. Iuxta Capp.** Atarta *XIII. Iuxta Hebræos Thebeth XIII. Iuxta Athenienſes Mæmacterionis ſexta. Pertrãſiit prædictos conſulatus vigintinouem plenos. in triceſimo vero conſulatu circa decimum*

*Corrupt' loc' videtur.

*Forte Almuharã.

*Forte Adar.

menſem

menſem venit ad Ioannem & baptizatus eſt in Iordane fluuio triceſimo anno natiuitatis in carne hoc eſt ſecundum AEgyptios Athyr menſis XII. ante ſextum Iduum Nouembris, iuxta Græcos mẽſis Dij octaua, Iuxta Salaminios qui & Conſtãtiæi tertii Choiac ſexta, Iuxta Paphios Apogonici XVI. Iuxta Arabas Angatalbaith XXII. Iuxta Macedonas Apellæi XVI. Iuxta Cappadocas Aratata XV. Iuxta Athenienſes Metageitnionis VII. Iuxta Hebræos Marheſuam VII. & ibi per totum.

Idẽ paulo ante locũ ſupracitatũ ſcribit Chriſtum baptizatũ mẽſis Athyr ſecundũ AEgyptios id eſt Nouẽbris XII. Erat enim, inquit, annorum vigintinouem & menſium decem cùm ad Baptiſmum venit. Et tomo 1. lib. 2. Chriſti ætas, inquit, anni triginta duo, dies 74. & paulò pòſt: Reuera enim natiuitas Chriſti certa contigit vndecima menſis Tybi. tum aliquot lineis pòſt: Sic quidẽ cõperitur quòd poſt duodecimã mẽſis Athyr. 1. Nouembris abierit & tentatus ſit diebus 40.

Idem libro de Ponderibus & menſuris

Scribit Valentinianum iuniorem magni Valentini filium inuentum in Palatio ſtrangulatum, vt fama refert, Idibus Maii pridie

Pentecoſtes in die Sabbathi: ipſa vero die Pentecoſtes elatum eſſe. Erat autem tunc, inquit, ſecundum Ægytios menſis Pachon dies XXI. *Iuxta Græcos Artemiſii menſis* XXIII. *ſecundũ Rom.* XVII. *Calẽdas Iunias.*

Intercalationis vero idem meminit tomi 1. lib. 3. his verbis. Cùm enim, inquit, annus iuxta ſolarem curſum compleatur in trecentis ſexaginta quinque diebus & horis tribus, contingit propterea quòd Luna facit annum ſuum in 354 diebus, vt deficiant curſui ſecundum Lunam dies XI. *& horæ tres. Et primo quidẽ anno fiũt Epactæ appellatæ hoc eſt addititii dies* XI. *& horæ tres. Secũdo anno dies* XXII. *& horæ 6. Tertio dies 33. & horæ 9. & ſecatur vnus menſis intercalaris appellatus. Intercalãtur enim* XXX. *dies: relinquũtur autẽ dies 3. horæ 9. quæ appoſitæ* XI. *diebus & tribus horis de anno quarto fiunt dies* XIIII. *& horæ.* XII. *Quinto autẽ anno appoſitis aliis vndecim & tribus horis fiunt Epactæ* XXV. *& horæ* XV. *Et ſexto anno appoſitis aliis* XI. *diebus. & horis trib. fiũt dies* XXVI *& horæ octodecim, quæ faciunt intercalarem mẽſem vnum, &c. Tum ſubdit, Atque ſic per octennij circuitum intercalantur dies nonaginta, qui ſunt pleniſſimi menſes intercalares tres. Hactenus Epiphanius.*

Nos

Nos hæc quæ olim de Chriſti paſsione fueramus meditati ab hoc inſtituto aliena quidem, ſed ne noſter labor nobis periret, hîc addenda cenſuimus.

Scribit Epiph. l. 2. tom. 1. cõtra hæreſim 51, In menſe Martio Chriſtum perfeciſſe myſterium paſſionis. paſſum autem eſſe die ante decimũ tertium Calendas Aprilis. Et alio loco cõtra Teſſareſcedecatitas, hæreſim 50, Reuera autem, inquit, velut ex multa certitudine cognouimus die ante XIII. *Calendas April. Saluatorẽ paſſum eſſe accepimus. quidam ante* X. *Calend. April. aſſerunt. ſed & hi à propoſito exciderunt.*

Sanè tam ex his Epiphanii verbis quàm ex eo quod omnes Euangeliſtæ ſcribunt Dominum Ieſum inſtante feſto Paſchæ & Azymorum captum fuiſſe & crucifixum: ſatis cõſtat ipſum in Æquinoctio eſſe paſſũ. Conſtat ſiquidem Iudæos ex præcepto Luna decima quarta menſis primi ſuum Peſah celebrauiſſe, vt Exodi 12. & Leuitici 23. Menſis autem primus erat menſis Niſan qui verni tẽporis primus eſt. vt nos in anni Hebræi tractatione oſtẽdimus. Cũ ergo Chriſtus, vt ex eius hiſtoria licet etiam colligere, in ipſo Æquinoctio paſſus ſit, quo apud omnes

gentes dies æquãtur noctibus, ſequi inde neceſſe eſt, vt Hieroſolymis vbi paſsionis myſterium in noſtram ſalutem actum eſt, tunc temporis dies horas duodecim nox totidem habuerit. Iam cum Babylonii & diem ſuum & horarum etiam ſuarum ſupputationis initium ab exorto ſole inchoarent, Iudæi (hi in Babylonia ſunt) quòd ad ſacra & ceremonias attinebat, à ſole occaſo, quæ duo in idem recidunt, Iudæorum autem ſupputandi rationem ſecuti ſint in paſsionis hiſtoria tractanda Euangeliſtæ: fit vt Iudæorum hora prima à ſole occaſo noſtræ ſextæ ſerotinæ reſpondeat. Gallia enim tota, horologia ſua quæ vniuſmodi habet, ita diſpenſat, vt diei horas vigintiquatuor in duas æquales partes partiatur hoc eſt in duodecim. quot ſcilicet horas horologia Gallis ſonitu ſignificant & media nocte & meridie, poſt quæ tempora hora prima auditur: prima dico à meridie & prima à media nocte & ſic pergitur à ſecũda ad tertiã dũ ad duodecimã veniatur. Secundũ quã ſupputãdi rationẽ A Equinoctio Sol nobis Gallis oritur hora ſexta & ſexta etiam occidit. Prima ergo Iudæorum hora à ſole occaſo noſtræ ſeptimæ ſerotinæ reſpondet. vt hoc modo horæ Iudæorum cum noſtris componi poſſint.

HORARVM NOCTIS ET DIEI *ratio quibus & captus eſt & paſſus Chriſtus D.N.*

Horæ XII.à Sole occaſo ad exortum.	*Gallico more.*		*Iudæorũ ſupputatione.*
Prima vigilia	*7*	*Sol oc-*	*1*
Πρώτη φυλακὴ	*8*	*caſus.*	*2*
Prima fax.	*9*		*3*

Hac 1. vigilia

Cùm ſerum diei eſſet Ieſus recubuit cum duodecim, edit: prædicit fore vt prodatur: Cœnam inſtituit: Hymnũ cecinit: tum exiit in montem Olearum, Matth.26.20.

Secũda vigilia	*10*		*4*
Δευτέρα φυλακὴ.	*11*		*5*
	12	*Media*	*6*
Nox concubia.		*Nox.*	

Hac 2. vigilia

Precatus eſt primò, ſecundò, tertiò, prehenſus ac demum adductus ad Caipham pontificem.

Tertia vigilia	*1*	*7*
Τρίτη φυλακὴ	*2*	*8*
Nox intẽpeſta	*3*	*9*

Hac 3. vigilia

Hac 3.vigilia

Coram Caypha accuſatus eſt, colaphis impetitus, ſputis conſpurcatus, bacillis cæſus, illuſus & inde ductus in Prætorium. Erat autem mane, id eſt, inſtabat Aurora. nam AEquinoctio, quo ſcilicet tēpore hæc geſta ſunt, Aurora ſub noſtram quartam ſeſe prodit.

Quarta vigilia	*4*	*Aurora.*	*10*
Τετάρτη φυλα.	*5*		*11*
Conticinium.	*6*		*12*
Matth.14.25.			

Hac 4. vigilia

Statim ipſo diluculo conſilio initio ſummi ſacerdotes vinctum Ieſum tradiderunt Pilato. Mar.15.1. Stetit coram Præſide, accuſatur à ſenioribus & principibus ſacerdotū: excuſat ſe Pilatus. monetur ab vxore ne quid illi rei ſit cum iuſto illo. tum verò flagellatū Ieſum illis tradidit vt crucifigeretur.

HORÆ DIEI XII. AB EXORTO Sole.

	Secundum Gallos.	Secundū Iudæos.
Prima hora	*7*	*1*
	8	*2*
	9	*3*

Traditus à Pilato Præſide militibus & abduct⁹ in Prætoriū exuitur, induitur chlamidem

midē coccineā. ſpinea corona coronatur, illudi tur, inſpuitur, rurſū exuitur chlamide, indui tur veſtimētis ſuis, abducitur vt crucifigatur.

Tertia	*10*	*4*
Hora	*11*	*5*
	12	*6*

Deducitur in caluariæ locum. Erat autem hora tertia quando crucifixerunt eum Mar. 15.25. Erat autem paraſceue Paſchæ hora verò quaſi ſexta: tum dicit Iudæis, Ecce rex ve ſter. Ioan. 19.14. Id quod iam ad ſpatium ſequens referri poßit.

Sexta	*1*	*7*
Hora	*2*	*8*
	3	*9*

A ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam regionem vſq; ad horam nonam.

Nona	*4*	*10*
Hora	*5*	*11*
	6	*12*

Circiter nonam exclamauit. & cùm rurſum clamauiſſet emiſit ſpiritum.

In horas XII. noctis annotationes.

*V*ETERES *ex arte militari noctis horas in quatuor quadrantes partiebantur. ac vnicuique quadranti tres horas aßignabant.*

& primũ quidem quadrantẽ, primã vigiliã: ſecũdum, ſecundã: tertium, tertiam: & demũ quartum quadrantem quartam vigiliã vocabant: nimirum quòd oporteret eos qui hoſtiũ metu excubabãt & vigilias agebat tres horas totas vigilare & excubare. Et finita quidẽ prima vigilia ſeu peruigilatis trib⁹ horis, alij excubitores rurſus in ſecundã vigiliã ſeu in tres alias horas ſuccedebant: & ſecunda finita vigilia alij ſimiliter in tertiam & à tertia alii in quartã dum illuceſceret. Mentio harum vigiliarũ fit apud Matth. cap. 24. 44. Si paterfamilias ſciret qua vigilia fur venturus ſit &c. græce ποίᾳ φυλακῇ. Et apud Luc. c. 12. 38. Et ſi venerit ſecũda vigilia & ſi tertia vigilia venerit, &c. ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, &c. & Cæſar lib. 1. de bello Gallico earũ meminit, vt nemo debeat exiſtimare nos hîc quicquã ſomniare aut cõminiſci. Cæterum prima & ſecunda vigilia huius noctis paulo ante deſcriptæ qua ſcilicet paſſus eſt Chriſtus, hoc eſt ſex primæ horæ noctis ab occaſo ſcilicet ſole ad mediam noctem vſque, reuera ad diem Iouis Gallica ſupputatione pertinent. ſed eas doctrinæ clarioris gratia diei veneris attribuimus vt totæ hæ horæ XXIIII. *duodecim dico noctis & diei totidem (erat enim tunc*

AEqui

AEquinoctium) diem vnum naturalem, vt verbi gratia, diem Veneris ſic tibi integrent & efficiant à veſpera ad veſperam. Scitu verò & hoc dignum erit, vigilias ſingulas ſuam teſſeram habuiſſe. teſſeram autẽ lingua Gallica dicimus Le mot du guet, *quaſi verbum vigiliarum aut vigilum dicas, quòd teſſera vnico ferè vocabulo aut duobus ad ſummum conſtet. Hoc Polybius* σύνθημα νυκτερινὸν *vocat. Hoc ſigno vigiles ſeu excubitores ſeſe mutuò agnoſcunt, & ab hoſtibus ſeſe interſtingunt, eóque ea pronunciata teſſera qui accedunt tuti ſunt: cùm ſi quis aduentet eius ignarus, interfici quiſquis ſit poſſit innoxiè.*

IN XII. HORAS DIEI ANNO-*tationes.*

IVDÆI *vt horas noctis in partes quatuor, ità & diei ſimiliter in quaterna ſpatia (quorum ſingula tres horas caperent) diuidebant. Et primum quidem ſpatium, ſeu tres primæ horæ,* prima hora *vocabantur de nomine primæ horæ: reliqua tria ſpatia de nomine horæ vltimæ & præcedentis ſpatij denominationem accipiunt. vt, verbi gratia, quia hora tertia Iudæorũ finit primum quadrantem, ſecundus quadrans denominatione ab ea accipit &* tertia hora *dicitur. Ter-* I.Hora. III

VI *tius quadrãs* hora ſexta *dicitur de nomine horæ ſextæ terminantis & claudentis ſecundum quadrantem. Quartus quadrans* hora
IX nona *dicitur de nomine horæ nonæ in quam tertius quadrans deſinit. Et de hac horarum nomenclatura & ratione mentionẽ habes in hiſtoria Paſsionis apud Euãgeliſtas: vt ad horas ſingulas vides annotatum. & apud Matt. etiam cap. 20. de Patrefamilias qui exiuit ad conducendos operarios in vineam ſuam horis tertia, ſexta & nona. quanquam & id de ſingulis horis, non de quaternariis dictum eſſe quis etiam & fortaſſe veriùs arbitrari poſsit.*

MENSIS MARTII DESCRIPTIO.

1	*Calendæ Martij*			
2	*ſexto Nonas*	*Nouilunii dies anni eius quo Christus paſſus eſt.*		
3	*quinto Nonas*			
4	*quarto Nonas*			
5	*tertio Nonas*			
6	*pridie Nonas*	*1*	*ſexta Sab.*	*Sabba.*
7	*Nonæ*	*2*	*Sabbathũ*	*Dñica*
8	*octauo Idus*	*3*	*prima Sab.*	*Lunæ*
9	*ſeptimo Idus*	*4*	*ſecũda Sab.*	*Martis*
10	*ſexto Idus*	*5*	*tertia*	*Mercurij*
11	*quinto Idus*	*6*	*quarta*	*Iouis*
12	*quarto Idus*	*7*	*quinta*	*Veneris*
13	*tertio Idus*	*8*	*ſexta*	*Sabbathi*

14 pridie

14	pridie Idus	9	Sabbathū Dnīca
15	Idus	10	prima Sabbathi
16	XVII.Cal. Apr.	11	ſecunda
17	XVI.	12	tertia
18	XV.	13	quarta
19	XIIII. crucifix⁹	14	quinta
20	XIII. Paraſceue	15	ſexta
21	XII. Paſcha	16	Sabbathum
22	XI.	17	
23	X.	18	
24	IX.	19	
25	VIII.	20	
26	VII.	21	
27	VI.	22	
28	V.	23	
29	IIII.	24	
30	III.	25	
31	prid.Cal.April.	26	

Totū his tribus diebus myſterium Paſſionis expletum eſt.

Scribit Epiphanius,tomi 1.lib.2,contra hæreſim 51,Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum paſſum fuiſſe ante decimumtertiū Cal. April. hoc verò eſt nocte deciminoni diei Martij ſupputando more Gallico,captum,& die ſubſequente mediam noctem(decimus nonus is erat Martij)crucifixum.Sed quò faciliùs tota hiſtoria intelligatur, ſciendum eſt dierum noſtrorum ſupputationē cū Hebræorū ſuppu-

tatione minimè conuenire poſſe, niſi horas ſex tantummodò & eas quidem primas noctis, diei ſequenti attribuerimus: hoc eſt niſi diei initium à veſpera, ſicut Hebræi faciunt, fecerimus. Nos enim Galli Romanos imitati diem à media nocte incipimus: Iudæi à veſpera, vt dictum iam eſt. Quò igitur res tota faciliùs intelligatur ſcire licet Dominum Ieſum die Iouis hora, noſtro ſupputandi more, ſexta à meridie occaſo ſole Hieroſolymis cum duodecim recubuiſſe, & inde nocte profunda in montem olearum exiuiſſe: tùm circa mediam noctem, die ſcilicet Veneris nobis incipiente, captum fuiſſe. Sed dico, doctrinæ gratia, ſex horas illas primas noctis, quæ noſtro more ad diem Iouis pertinent, diei Veneris attribui oportere, & in hoc nobis, vt ità dicam, iudaizandum eſſe quò faciliùs res tota poßit intelligi. Sint ergo hi tres dies toti hiſtoriæ Paßionis dicati: dies dico Veneris, Sabbathi, & Dominica, ſeu ſi vis feria quinta, ſexta, & Sabbathum ſimpliciter dictum. Incipiant verò ſinguli à veſpera in veſperam, ſeu ab occidente ſole ad alterum occidentem: atque ità dies Veneris de die Iouis ſex horas primas mutuetur, & reliqui ſimiliter. Ita fiet vt rationes ambæ concurrant.

Dies

DIES VENERIS.

PORRO *verò quid toto die primo ſeu die Veneris geſtum fuerit in Paſſionis hiſtoria, habes in antè deſcripta horarũ illius ipſius diei deſcriptione: qua diximus Chriſtum poſtquam exclamaſſet, expirauiſſe circiter nonam, quod eſt ſole tendente ad occaſum & inclinante ſeu inſtante fine diei Veneris à quarta ad ſextam ſerotinam, quo tempore cruci fuit affixus, vſque dũ ſerum diei eſſet, vt ſcribit Matthæus cap. 27. ver. 57. & Mar. capite 15. ver. 42. quo tempore Ioſeph ab Arimathæa adiit Pilatum & petiit corpus Ieſu, & inuolutum ſindone pura poſuit in monumẽto. ſed hæc fortaſſe iam ad diem Sabbathi ſeu ad feriam ſextam pertineant.*

DIES SABBATHI.

PORRO *autem toto die Sabbathi, quæ erat paraſceue Paſcha, recubuit in ſepulchro Chriſtus à veſpera ſcilicet in veſperam diei Dominicæ (quæ Sabbathum erat) id eſt per ſpatium horarum 24. & inde etiam in ſummum diei Dominicæ diluculum: id autem eſt vſque ad horam quartam matutinam diei Dominicæ, quod tempus crepuſculum matutinum dicitur, & quo aurora apparere incipit: vt in totum Chriſtus ab ea hora qua reconditus fuit in ſepulchro vſque ad eam*

horam qua reſurrexit, horas circiter triginta tres delituerit, quarum vigintiquatuor ad diem Sabbathi ſeu feriam ſextam aut etiam ſextam Sabbathi pertinent. nouem verò ad diem Dominicam ſeu ad Sabbathum ſimpliciter dictum, à veſpera ſcilicet eius diei ad quartam matutinam. Quod autem ſcribit
cap.24.1. *Lucas, Mulieres primo die hebdomadis profundo diluculo veniſſe ad monumētum,*
20 *& cæt. & Ioan. cùm adhuc tenebræ eſſent,*
16 *Marcus valde manè domo exiiſſe & orto iam Sole, quod eſt cùm iam illuceſceret & clarum mane eſſet, ad monumentum perueniſſe, id eſt quod Matthæus dicit cùm ſcri-*
Mat.28 *bit* ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, *& cæt. id eſt, Extremo autem Sabbatho cùm luceſceret in primum diem hebdomadis, & cæt. id quomodo intelligi debeat*
Contra Hebionæos, ſectā XXX. *paulò pòſt dicetur. Cæterum de Sabbathis hæc habet Epiphanius lib. 1. tom. 2, Varia Sabbatha decreuit Lex, aliud quidē quod ſecundū*
Cornarius ità interpretatus eſt ſed græcaviſ dere non potui. *ſeptenariorum dierū numerū reuoluitur, natura Sabbathū: aliud verò propter ſubiacentes nouilunio ſecundum Lunam & conſequentes feſtiuitates, velut dies fixorum tentoriorum & dies Paſchatis, & cæt. Et ibidem cōtra hæreſim 51. inquit, Dixit Lucas, Factū eſt in ſecundo primo Sabbatho. vt oſtenderet*

Sabba-

Sabbathũ primum eſſe, quod ab initio decretum eſt ac dictum à Domino in mundi creatione: quod per circuitum ab eo tempore vſque huc iuxta ſeptem dies reuoluitur, hoc ſcilicet primum eſſe: Secundum verò Sabbathum, quod decretũ eſt à Lege: dicit enim Lex, Accipies tibi ouiculam anniculam, immaculatam, maſculam (quæ erat imago Saluatoris) à decima die menſis & cæt. videtis, inquit, quod ſecundum Sabbathum appellatur Poſtſabbathum. Hac ille.

HORÆ *diei Veneris incipiendo à veſpera diei Iouis, & de ipſo mutuando horas ſex primas noctis.*

1 Sol oc-	*7*	*Hieroſolymis recubuit cum duo-*
2 cidens	*8*	*decim, cœnam inſtituit, hymnũ*
3	*9*	*cecinit, tũ exiit in montẽ olearũ.*
4	*10*	*Precatur in monte olearum pri-*
5	*11*	*mò, ſecũdò, tertiò: capitur, ad du-*
6 nox M.	*12*	*citur ad Caipham pontificem.*
7	*1*	*Coram Caipha accuſatur, de-*
8	*2*	*ſpuitur, cæditur, illuditur: tum*
9	*3*	*ducitur in Prætorium.*
10	*4*	*Traditur Pilato, accuſatur corã*
11	*5*	*eo, tùm demùm traditur vt cru-*
12 Sol o-riens	*6*	*cifigatur.*

1	7	*Condẽnatus traditur militib⁹,*
2	8	*abducitur rurſum in Prætoriũ,*
3	9	*coronatur, tùm demùm abdu-*
		citur vt crucifigatur.
4	10	
5	11	*Deducitur in Caluariæ locum.*
6 Merid.	12	*Ibi crucifigitur.*
7	1	
8	2	*Tenebræ.*
9	3	
10	4	*Exclamauit & emiſit ſpiritum.*
11 Sol oc-	5	
12 cidens.	6	

H ORÆ XII. *diei Sabbathi ſeu feriæ ſextæ à veſpera in veſperam, mutuatis ſex horis primis noctis de die præcedente.*

1 Solis oc-	7	*Mar.15.42.Cùm autem ſerum*
2 caſus	8	*diei iam eſſet, quoniã erat Pa-*
3	9	*raſceue id eſt anteſabbathũ ve-*
4	10	*niẽs Ioſeph ortus ab Arimathæa*
5	11	*& cæt.petiit corpus Ieſu & emit*
6 Media	12	*ſindonem & detractũ eum in-*
7 nox	1	*uoluit ſindone depoſuitq; in mo*
8	2	*numento,&c.Idẽ Mat. hz 27.*
9	3	*57.& Lucas 23.54, porro dies*
10	4	*erat Paraſceues.Cæterùm totis*

ferè

11		5	*ferè his horis* XXIIII*, iacuit in*
12	*Sol o-*	6	*ſepulchro Chriſtus & item vſq;*
1	*riens.*	7	*ad nonam diei ſequentis, quæ*
2		8	*tertiæ noſtræ matutinæ reſpon-*
3		9	*det. vt circiter horæ* XXXIII.
4		10	*interceſſerint inter horam qua*
5		11	*depoſitus fuit de cruce & poſi-*
6		12	*tus in monumento vſque ad*
7		1	*horam qua reſurrexit. hoc autē*
8		2	*eſt à prima hora noctis diei Sab*
9		3	*bathi ſeu feriæ ſexta vſque*
10		4	*ad horam nonam diei Sabbathi*
11		5	*ſimpliciter dicti (erat autē dies*
12	*Sol oc-*	6	*ille feſtus & magnus valde) ſeu*
	cidens.		*diei Dominicæ noſtræ. Cæterum*

Paraſceue græca dictio eſt quæ apparatū ſeu præparationē ſignificat, quòd eo die ſecūdum Legem ea parabantur quæ ad eſum agni pertinebāt. porrò verò diei Sabbathi moliri quicquam non licebat: quapropter mulieres quæ ſecutæ à Galilæa Chriſtū fuerāt ad crucē vſq;, coactæ ſunt propoſitū vngēdi Dominū differre in eū diē q Sabbathū primus ſequebatur. Eſt aūt Sabbathū Hebræa dictio qua quietis dies ſignificatur. Is ſeptimus quiſque erat, vt Deuter. 5. 14, ideo Iudæis præſcriptus vt hūc Domino ita ſanctificarēt, vt ab operibus prophanis quieſcētes ſanctificādis mētibus va-

carent. hoc autem Sabbathum cuius hîc ſit mẽtio, ideo magnum dicitur quòd Paſchæ feſtum in ipſum incurriſſet.

SABBATHVM SEV DOMINICA.

1 Sol Occi- 7 Matth.27.ver.62.
2 dens. 8 Poſtero autem die quæ ſequi-
3 ——— 9 tur Paraſceuẽ coacti ſunt prin-
cipes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, &c. & profecti munierunt ſepulchrum obſignato lapide cum cuſtodia.

4 10
5 11
6 Media 12
nox.

7 1
8 2
9 ——— 3 Reſurrexit.

10 4 Lucæ 23.in extremo
11 5 fine.
12 Solo- 6 Ac Sabbatho quidem quie-
riens. uerunt ſecundum mandatum,
&c. vt appareat toto hoc die mulieres quieuiſſe in ſequentem diem. vt horis ferè 24. reſurrexerit Chriſtus antequàm mulieres venirent ad ſepulchrum.

1	*7*
2	*8*
3	*9*
4	*10*
5	*11*
6 Meri. dies.	*12*
7	*1*
8	*2*
9	*3*
10	*4*
11	*5*
12 Sol occidens.	*6*

HORÆ PRIMI DIEI HEBDOMAdis ſeu primæ feriæ aut primæ Sabbathi qui nobis dies Lunæ eſt.

1 Sol occa-	*7*	*4*	*10*
2 ſus.	*8*	*5*	*11*
3	*9*	*6 Media nox.*	*12*
		7	*1*
		8	*2*
		9 Diluculum.	*3*

Primo autem die hebdomadis profundo diluculo mulieres venerũt ad monumentum ferentes quæ parauerant aromata, &c.

De anno Perſi-
co.

ANNI apud Perſas eadem ratio eſt, quæ & apud AEgyptios. Menſium verò Perſarum nomina, quibus ſolis ab AEgyptiis differunt, hæc ſunt:

1	*Fordimech.*	7	*Machiramech.*
2	*Ardeimech.*	8	*Ebenmech.*
3	*Cardaimech.*	9	*Ydramech.*
4	*Zirmech.*	10	*Dimech.*
5	*Mardan.* vel *Mardari.*	11	*Bechmemech.*
6	*Sarembemech.*	12	*Azſirdauich.*

De anno Ara-
BICO.

ARABES in anni ſui ordinatione partim AEgyptiã partim Atticam ſequuntur rationem. vt illorum annus ex AEgyptio & Attico conflatus eſſe videatur. Et primùm quidem hoc cum AEgyptiis commune habent, quòd vagum apud eos quoque eſt nec ſtatum menſis ſui primi & anni initium: ſed paulatim anticipans AEgyptio more redit in antecedentia. Ideóque ne apud eos quidem, ſicuti neque apud AEgyptios Solſtitia & AEquinoctia ſtabilia eſſe poſſunt, vt docet etiam Galenus Commentario primo in primum Epidemion. Cum Atticis itidem hoc commune habent, quòd Lunationibus duodecim annum ſuum explent. quarum duæ diebus quinquaginta nouem abſoluuntur: imparibus quidẽ menſibus dies triginta: paribus viginti nouem attribuẽtes, & annum ex diebus 354. integrãtes. Menſis initium illis eſt Νουμηνία *aut Luminarium media coniunctio. Intercalant autem tertio quoque anno menſem vnum dierum triginta trium, pro diebus vndecim quibus annus Solaris excedit Lunarem. Arabicum ergo diarium ſi voles conficere, anno 1560. primum diem menſis Almuharam repones in Iulii* XXIX *vt in anno AEgyptio antè factum vides. tum tertio quoque anno*

intercalabis menſem vnum dierum 33. imparibus mẽſibus dies 30. paribus deis 29. attribuendo. Sic tibi Arabici anni ratio conſtabit.

ARABVM MENSIVM NOMINA.

1	*Almuharam.*	7	*Rage.*
2	*Saphar.*	8	*Sahaben.*
3	*Rabe.1.*	9	*Ramaden.*
4	*Rabe.2.*	10	*Sanel.*
5	*Gemedy.1.*	11	*Dulchida.*
6	*Gemedy.2.*	12	*Dulcheia.*

GVIDO *Bonatus de Latis Foroliuienſis cap.* IX. *partis* V. *ſuæ Aſtronomiæ, titulo De duodecima domo, columna 820, ſic habet: Secta Fratrum minorum, inquit, incepit anno Arabum 609 menſe Arabum Rabe ſecundo, tempore Martini 4. pontificis: cuius ſecta aſcendens tale eſt quòd ipſa eradicabit omnes alias ſectas ſub eccleſia Rom. degentes. ſed eius finem, inquit, dicere non audeo, timore ne incidam in rumorem vulgi: erit tamen finis & rumor eius publicus valde cùm aduenerit. Meminit & idẽ cuiuſdã cõiunctionis quæ facta fuit in menſe ſecundo Arabum Saphar. Crebra etiã menſium Arabum fit mentio apud Ptole. in Almageſto, & apud Aſtrologos item varios.*

Anni

Anni Hebræi

RATIO.

HEBRÆI *ſecundũ Lunæ curſum annos ſuos dirigũt, ita tamẽ vt Solaris etiã curſus habeant rationem. Nam quanquam ſinguli illorum menſes alternatim, pares quidem viginti nouem, impares dies triginta capiant: inter Adar tamen & Niſan (ille vltimus, hic primus apud illos menſis eſt) tertio quoque anno intercalant menſem vnum dierum triginta trium, non alia ratione quàm vt illorũ annus ad curſum Solis etiam congruat. Sic illorum annus ex Solari & Lunari mixtus & cõflatus eſſe videtur. Gal. ſcribit cõment. primo in primum Epide. apud eos qui menſes in duas inæquales partes ſecant, ac alterũ menſem dierum* XXX. *alterũ* XXIX. *efficiũt, dies definiri non poſſe in quibus tũ Æquinoctia tum Solſtitia ac Syderum illuſtrium exortus fiant. Apud eos qui pro Solis ratione numerant, definiri poſſe, vt Romanos, Macedonas & Aſianos. Hæc ille.*

Menſium Hebræorum nomen & ordo.

1 Niſan q̨ & Abib. 7 Thyſri q̨ & Ætanim.

2	*Ziu qui & Iiar & Ægiar.*	8	*Bul qui & Marheſuan.*
3	*Siuan qui & Thamuz*	9	*Chaſleu* vel *Chiſleu.*
4	*Rhotem.*	10	*Thebeth.*
5	*Ab.*vel *Au.*	11	*Sebat.*
6	*Elul.*	12	*Adar.*vel *Ader.*

*H*IC *Ordo menſium in Bibliis ſeruatus comperitur. Recentiores tamen Iudæi Thyſri primum, Bul ſecundum faciunt. ſuo deinceps reliquis aſſignato ordine: vt contrà Niſan ſeptimus ſit, Ziu octauus & deinceps.*

De Niſan primo Hebræorum menſe.

ניסן

*N*ISAN *eſſe primum anni Hebraici menſem multorum auctoritatibus comprobare facile eſt. Nam Heſter cap. 3. ſic ſcriptum habetur, Mēſe primo cuius vocabulum eſt Niſan, anno duodecimo regni Aſſueri, &c. & paulò poſt eum locum, Vocatíque ſunt ſcribæ Regis menſe primo Niſan tertiadecima eiuſdem menſis. Ibidem cap. 11. ſuppreſſo ordinis nomine eiuſdem menſis fit mētio his verbis, Anno ſecundo regnante Artaxerxe maxi-*

maximo, prima die menſis Niſan vidit ſomnium Mardochæus, &c. Eſdræ etiam 2. cap. 2. eius ſit mentio, Factũ eſt autem, inquit, in menſe Niſan, anno XX, Artaxerxis regis, &c. D. Hieronymus in Danielem. cap. 9. In primo, inquit, menſe & prima die menſis (haud dubium quin Niſan ſignificet) ſumes vitulum, &c. Eundem etiam & primum eſſe anni Hebraici menſem & Macedonibus Xantichum dici intelligere licet ex his quæ Ioſephus Hieroſolymitanus ſacerdos in lib. Antiq. Iudaic. ſcribit, lib. 1. cap. 3. ſecundũ Græcam diuiſionem, ſecundum antiquã Latinam capite 5: Moyſes, inquit, menſem Niſan qui eſt Xantichus, primum in ſuis feſtis ordinauit, quòd per hũc Hebræos ex AEgypto eduxiſſet. Eundem etiam omniũ quæ ad rem diuinam pertinebãt exordium fecit. Et lib. 2. cap. 6. ſecundum nouam, ſecundum veterem tralationem cap. 13. de Hebræis loquens. Reliquerunt aũt, inquit, AEgyptum menſe Xanticho Luna decimaquinta. Item lib. 3. cap. 9, Initio, inquit, ſequẽtis anni menſe Xanticho Macedonum, Hebræorum Niſan tabernaculum nouilunio dedicatum eſt. Et eiuſdem lib. cap. 10. ſecundum Græcam, ſecundum Latinam & veterem cap. 12, Menſe Xanticho qui noſtris Niſan dicitur & annũ

exorditur Luna decimaquarta, Sole Arietē obtinēte (quandoquidem hoc menſe ab AEgyptiaca ſeruitute liberati ſumus) ſacrificiū quod tunc exeuntes feciſſe dicimus Paſcha nominatum, quotānis inſtaurare Lege iubemur. Item lib. 11. cap. 4, Inſtāte, inquit, dein de Azymorum feſto, menſe primo qui Macedonibus Xantichus, nobis verò Niſan dicitur, confluxit totus populus ex oppidis in vrbem, &c.

Ziu.

זִיו vel זִו vel אִיָּר

2 *Ziu nonnullis etiam Iiar & AEgiar dictus, Macedonibus Artemiſius, ſecundus eſt Hebræorum menſis. Id conſtare poteſt ex tertij Regum ſeu primo Samuelis cap. 6, quo loco legimus Solomonem anno regni ſui 4. anno verò* CCCCLXXX. *egreſsionis filiorum Iſrael de terra AEgypti, menſe Zio qui ſecundus eſt, domum Domino ædificare cœpiſſe, quod & notat Ioſeph. Antiq. lib. 8. cap. 2. ſecundum nouam, ſecundum antiquam trala. tertio his verbis, Exorſus eſt Solomon fabricam hanc anno regni ſui quarto ſecūdo menſe, quē Macedones Artemiſium, Iiar verò Hebræi: annis* DXC *duobus, poſtquàm Iſraelitæ ex AEgypto exceſſerant, &c. quo tamen loco, vt id obiter adnotem, error eſſe in temporis*

ris ratione & numeris deprehenditur. vt liquet ex præcitato loco tertij Regum capite 6. Nam apud Ioſephum male legitur annis DXCII.*quod his notis apud eum expreſſũ eſt* DXC *duobus, cùm Annis quadringentis octoginta legendum ſit.*

Siuan.

סִיוָן.

3 *Siuan: Et hunc tertium eſſe ordine menſem teſtimonio eſſe poteſt auctor hiſtoriæ Heſter, qui cap. 8. hæc habet, Erat autem tempus tertij mẽſis qui appellatur Siuan, &c. Et cap. 1. Baruch fit mẽtio decimi diei mẽſis Siuan.*

4 *Thamuz ſeu Rothem.* תַּמּוּז.

5 *Ab.* אָב.

Horum duorum mẽſium nuſquam adhuc mẽtionem fieri comperi nominatim, niſi quod ordinis eorundem mentio fit 1. Paralipomenων, capite decimoſeptimo. Eſdræ 1. capite ſeptimo & octauo & paſſim.

6 *Elul: Huius mentio fit, ſuppreſſo tamen ordinus nomine, Machab. 1. ca. 14. his verbis, Octaua decima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, &c. Eſd. 2. cap. 6, Completus eſt autem murus,* XXV. *die mẽſis Elul, diebus* L, *&c.*

אֵיתָנִים vel תִּשְׁרִי

7 AEtanim qui & Thyſri ordine ſeptimum eſſe conſtat ex 3. Regum cap. 8. vbi ſic legitur, Conuenítque ad Regem Solomonem vniuerſus Iſrael menſe AEtanim in ſolenni die. ipſe eſt menſis ſeptimus, &c. Ioſephus antiquitatum Iudai. lib. 8. cap. 3. & ſecundum veterem trala. cap. 4, Salomon rex, inquit, per literas iuſsit magiſtratus ac ſeniores Hebræorum totum populum Hieroſólyma congregare ad ſpectandum templum & transferendum illuc arcam Deo ſacratam: denunciatáque omnibus profectione ſeptimo demum menſe conuenerunt, qui noſtratibus eſt Thyſri, Macedonibus Hyperberetæus: inciditque in id tempus Scenopegia feſtum apud Hebræos ſanctiſs. & maximum. vbi in excuſis Ioſephi codicibus male ſcriptum eſt Thuri pro Thyſri.

מַרְחֶשְׁוָן vel בּוּל

8 Bul qui & Marheſuan. Quem locum occupet menſis Bul in anni Hebraici ratione diſcas ex extremo fine cap. 6. lib. 3. Regum vbi ſic ſcriptum legitur, Anno quarto fundata eſt domus Dómini in menſe Zio: & in anno vndecimo, menſe Bul, ipſe eſt menſis

ſis octauus, perfecta eſt domus Domini in omni opere ſuo. legendum porro eſt eo loco Bul nō vt in quibuſdā exemplaribus Elul, quem ſextum in ordine menſium locum tenere ſuo loco oſtendi. Cæterum Bul Marheſuan etiam dici notat Ioan. Bapt. Pius adnotationum poſteriorum cap. 65. & Macedonibus Dius dicitur. vnde falſum licet coniicere eum eſſe locum qui eſt apud Ioſephum Antiquit. Iuda. lib. 1. cap. 3. & ſecundum veterem. v. is ſic habet, Contigit autem hac vaſtitas (de diluuio loquitur) anno ætatis Noe ſexcenteſimo, menſe ſecundo qui à Macedonibus Dius vocatur, ab Hebræis Marſanone: ſic enim AEgyptij diſtinxerunt annum. ſed credam pro Marſanone Marheſuan legendum apud Ioſephum.

כִּסְלֵו.

9 Chiſleu aliis Ziſlef nominatur aliis Chaſleu: ſed minùs aptè. huic nonus in ordine mẽſiũ Hebraicorũ tribuitur locus. Zach. 7, Initio factum eſt verbũ Domini ad Zachariam in quarta menſis noni qui eſt Chiſleu. ſic enim potius legendum quàm Chaſleu. Machab. 1. cap. 1, Die x v mẽſis Chiſleu, quinto & quadrageſimo die ædificauit rex Antiochus

abominandum Idolum, &c. Ibidem poſt cap. 4, Conſtituit Iudas & fratres eius totáque Iſraelis concio, vt dies renouationis altaris ſuis tẽporibus agitaretur ſingulis annis, octo dies ſcilicet à XXV *. die menſis Chiſleu, magno cũ gaudio & lætitia. Ibidem lib. 2 .cap. 1, Et nũc frequentate Scenopegia menſis Chiſleu. & paulo poſt eum locũ, Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Chiſleu purificationem templi, &c. & Machab. 2. cap. 10. in eandem ſententiam. Eſdræ quinetiam 2. cap. 1 initio, hæc habentur, Et factum eſt in menſe Chiſleu anno viceſimo, &c. Et Ioſephus paſsim hunc menſem Chiſleu nominat Antiq. Iud. lib. 12. cap. 7. de profanatione tẽpli Hieroſolymitani & clade in eo facta loquens: Ea clades, inquit, accidit anno ſecundo poſt vrbem captã, regni eius familiæ centeſimo quadrageſimo quinto, viceſimaquinta eius mẽſis qui Chiſleu noſtris, Macedonibus Apellæus dicitur. Eodem lib. cap. 10. & ſecundum vete. 11, Viceſima autem quinta menſis Chiſlei, quem Apellæum Macedones appellant, accenderũt luminaria in cãdelabris: &c. Et pòſt de profanatione templi ab Antiocho facta loquens, Ea, inquit, incidit in annum* CXLV. *& diem Appellæi mẽſis* XXV. *& Olympiadem* CLIII. *Huius mẽſis etiã mẽtio fit Nehe.* 1.

10 The-

טבת

10 *Thebeth: Menſis huius & ordinis eiuſdē meminit auctor hiſt. Heſter cap. 2, Ducta eſt itaque (de Heſter autem loquitur) ad cubiculum regis Aſsueri menſe decimo qui vocatur Thebeth, &c. Hunc menſem Macedonibus Apellæum dici ſcribit Ioſephus Antiq. lib. 11. cap. 5. quem & nonum eſſe dicit. ſed mendoſum locum eſſe putem. vt & eum qui eiuſdem lib. cap. 4. præceſsit, quo loco menſi Adar vndecimum in ordine menſium locū attribuit. Nam Chiſleu antea Apellæū Macedonibus dici & ordine nonum eſſe, vt & Thebeth hoc loco decimum eſſe oſtendimus: & poſtea Adar duodecimum eſſe probabimus. Locus Ioſephi ſic habet, Intra triduū conuenerunt vtriuſque tribus homines, viceſima die noni menſis quē Hebræi Thebethum, Macedones Apellæum nominãt. cui loco medicinam facies, ſi pro dictione Thebethum, Chiſleu repoſueris.*

שבט

11 *Sebat: Quotus hic apud Hebræos mēſis ſit, diſces ex cap. 16. & vltimo 1. Machab. quo loco ſic ſcriptum habetur, Simon autem perambulās ciuitates quæ erāt in regione Iudææ, & ſolicitudinē gerens earū deſcēdit in Hiericho ipſe & Matathias filius eius & Iudas anno 177. mēſe 11, hic eſt mēſis Sebat, &c.*

אֲדָר.

12 Adar vel Ader, Macedonibus Dyſtrus. Non me deficient teſtimonia quibus comprobare poßim Adar duodecimum & vltimum eſſe anni Hebraici menſem. Vix enim alterius menſis crebriorem mētionem in ſacris Bibliis reperias, vt & apud Ioſephū quoque. Primùm enim cap. 6. primi Eſdræ ſic habetur, Et impleuerunt (ſeniores Iudæorū) domum Dei iſtam vſque ad diem tertium menſis Adar, &c. & Eſdræ 3. cap. 7, Et conſummata eſt domus noſtra vſque ad tertiam & viceſimam diem menſis Adar. & Heſter cap. 3, Miſſa eſt ſors in vrnā qua die & menſe gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar. & pòſt ibidē, Et literæ ſignatæ ſunt ipſius (Aſſueri) annulo, miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias vt occiderēt atque delerent omnes Iudæos à puero vſque ad ſenem, paruulos & mulieres vno die, hoc eſt tertio decimo die menſis XII. qui vocatur Adar. Et cap. 8. ibidem, Et cōſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt decimatertia die mēſis XII. Adar. Rurſus ibidem initio capitis 9, Igitur duodecimi mēſis quem antè iam Adar vocari diximus, &c.

&

& toto eo cap. & ſequentibus 10.13. & 16, ſit eius mentio, ſicut & Machabæorum 1. cap. 7, Et commiſerunt exercitus prælium tertia decima die menſis Adar. Machab. 2. cap. 15, Habere autem celebritatem tertiadecima die menſis Adar, quæ vocatur voce Syriaca Pridie Mardochæi die. Ioſephus quinetiam in extremo fine lib. 4. Antiquit. de eo ipſo Adar hæc habet, Mortuúſque eſt (Moyſes) vltimo anni menſe, die prima menſis qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris verò Adar, vir omnium quotquot vnquam fuere prudentiſſ. Idem lib. 11. cap. 4, Anno, inquit, regni Darij nono, 23. die menſis duodecimi (ſic enim legendum eſt non vndecimi) qui noſtris dicitur Adar, Macedonib⁹ Dyſtrus, &c. Et ſequenti cap. 5. de Cyro quem græci Artaxerxem nominant loquens, Perducta verò Heſtere eius conſuetudine delectatus & amore correptus legitimam vxorem eam ſibi adiunxit, nuptiáſque celebrauit anno regni ſui ſeptimo, menſe duodecimo qui Adar dicitur. In ſumma, apud eundem Ioſephum eius menſis Adar mentionem reperias lib. 11. cap. 6, in epiſtola Artaxerxis ad Magiſtratus fideles, per totum caput. Ex his omnibus liquere arbitror, Adar non ſolùm menſem eſſe duodecimum & vltimum anni Hebræi,

& Macedonibus Dyſtrum dici,ſed & ſingulis aliis Hebraïcis menſibus ante deſcriptis ſuum attributum eſſe & nomen & ordinē.

ASSIGNATO *ordine & deſcriptis menſium Hebræorum nominibus,ſupereſt vt Ephemeridem Hebræam conſtructuri,doceamus vnde. Hebræi annum ſuum inchoënt. Sanè ipſos à Vere anni ſui exordium facere (quod & olim Romulum illorum exemplo feciſſe conſtat)teſtis eſſe poteſt is locus qui habetur Deut.cap.16.quo loco Moſes Domini iuſſu edicit Iſraëlitis, obſeruent menſem nouarum frugum & Verni temporis primum, vt faciant Peſah Domino Deo ſuo.Teſtis eſt & is locus qui iiſdem verbis & ſententia habetur apud DD. Hieronymū de celebratione Paſchæ & Auguſtinum tomo 2. epiſt.80.ad Heſychium.quib⁹ locis ſcribūt illi celebrationem Paſchæ in menſe nouarum frugum reperiri propter ſimilitudinem ſacramenti renouandæ vitæ.Primum autem Verni temporis eum menſem eſſe docet Auguſt.quo Sol eſt in Arietis principio.Vnde fallitur Ambroſ. qui primum menſem nouarum frugum eſſe dicit eum quo apud AEgyptios noui fructus colligūtur.Nā apud illos nō ſemper in primo mēſe demetitur ſeges,ſed vt occurrit aliis atq; aliis menſibus.Nicephorus etiā Calliſtus hiſt.Eccl.*

Ambroſii locus.

lib.

lib.12.cap.32, ſcribit hāc rationem impuliſſe Montaniſtas vt menſem quemlibet dierum triginta, atque eorum principium AEquinoctium vernum facerēt (Quæ dies, inquit, ſecundum Rom. ritè nono Cal. Aprilis dicitur) quòd eo tempore duo hæc Luminaria initium ſuum habuiſſe allegant per quæ tempora anni ſignificantur. Idem ferè Sozomenus habet hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 18. Sed Nicephorus ibidē etiam ſcribit Euſebium memoriæ tradidiſſe veteres Iudæos ſacrificia Paſchalia poſt AEquinoctium vernum celebrauiſſe, Sole duodecimam partē, quæ à Græcis κριὸς. i. Aries appellatur, Zodiaci circuli ingreſſo. Luna autem per diametrum Soli oppoſita, tum quartædecimæ diei curſum tenente. His auctoritatibus & illis etiam quæ antè, dum de menſe Niſan loqueremur, citatæ ſunt, apparet Hebræos & Paſcha Luna decimaquarta primi menſis celebrauiſſe, & primū anni menſem primum Verni temporis fuiſſe. His poſitis, & propter magnorum virorum auctoritatē conceſſis, reſtare tamen videatur vt Veris initium veſtigandum ſit: Nā eo inuento perfacile & nullo negotio eius & primam Lunam & decimamquartam erit inuenire. Id autem quàm difficile ſit, hinc diſcere licet, quòd alij aliud Veri initium aſſignant.

Siquidem Galenus & in fine commentariorũ 3. Aphoriſmo. 14. & initio commentar. in 1. & 2. Epid. Hippocratis, Ver ab eo quod hyemem ſequitur æquinoctio, exordium ſumere ſcribit. AEquinoctium autem Vernum initio Artemiſii aſsignant. Aëtius ſerm. 3. tetrabibli 1. cap. 164, Menſis Martij (vt interpres habet) diē 23. æquinoctium Vernum eſſe dicit. Varro lib. rei ruſt. cap. 20, diem Aquarij 23. ſeu ſi vis Februarij ſeptimum (nam Co
lib. 11. cap 2 *lumellæ 17. Calend. Febru. ſol in Aquarium tranſitum facit) Veris initium eſſe dicit. Cui adſtipulatur & Conſtantinus Cæſar capit. 1. lib. 1, De agricultura. Aſtronomi, alij medium Martium, alij decimum diem Martij, alij Februarij 22. diem Veris initio aſsi-*
lib. 9. cap. 14. n. 335 *gnant. Columella æquinoctium Veris contingere ſcribit circa 8. Calend. April. quod eſt circa 25. Martij in octaua parte Arietis. Idem ibidem ſcribit Hypparchi rationem docere Solſtitia & AEquinoctia nō octauis ſed*
lib. 18. ca. 25 *primis partibus ſignorum conſici. Plinius tradit aduenas volucres ad 6. Cal. Febrũa. ſpem Veris attuliſſe, & eſſe quoſdam qui certiſsimum Veris initium arbitrentur, ob infinitum animalis papilionis prouentum. Et idē lib. 16. cap. 25, ſcribit florem arborum eſſe pleni Veris indicium & anni renaſcentis. Item*

Fauo-

Fauonium flare ab occaſu æquinoctiali & Ver inchoare: incipere autem flare circiter ferè ſextum Idus Febru. vt verum ſit quod idem Plinius dicit, Dierum ipſorum, anni Soliſque motus (atq; adeò AEquinoctiorum & Solſtitiorum) propè inexplicabilem eſſe rationem. Id quanquam verum eſt, conuocati tamen annis ante hæc noſtra tempora mille ducentis triginta nouem in Nicena ſynodo Patres qui tunc Eccleſiæ præerant ad trecentos decem & octo, AEquinoctium vernum (de quo totius huius noſtri inſtituti atque adeò de Veris initio, ratio dependet) omni ſtudio certis diei ac loco affigere ſategerunt, nō quòd ibi perpetuò hæſurū putarent, aut quòd ignorarent voluentibus annis idipſum inde motum iri & retrocedendo anticipaturum: ſed quòd, vt ſui temporis curam gerebant, ita eos qui ſui ipſorum locum quaſi per manus acceptū aliquot pòſt annis tenerēt, & veluti hæreditario iure ſibi vendicarēt: ſuo exēplo eius etiā rei, cùm neceſſitas poſtularet, curam geſturos arbitrarentur. Sed cui rei dent operam, quo veterno correpti ſint ij quibus id curæ eſſe debet, cuius bono iudicandum relinquo. Sed ad rem redeo: Patres dico in Nicena ſynodo (qua nulla præſtantior poſt Apoſtolos aut auditur aut legitur) contra Arium

Initio præcitati cap. 25. lib. 18

Nicena ſynodus.

Adhūc numerum adde 331. habebis annum quo Auctor hæc commentabatur nēpe 1570.

conuocati AEquinoctio vero(id Sole AEquatorem tenente contingit) duodecimum Cal. Apr. ſeu Martij viceſimumprimum aſſignauerũt. Quod optima ratione eos feciſſe iudicabis, ſi perpẽderis quarto quoq; anno minuta 44. plus quàm oporteat in anno Ro. intercalari, cùm ſcilicet dies integer ſeu hora 24. plena anno Biſſextili intercalãtur. Et quãq̃ 44. minuta quarto quoq; anno, vt dixi, ſuperabundantia parui momenti eſſe videantur, tanti tamen momenti ſunt vt ſingulo quoq; centeſimo triceſimo primo anno AEquinoctium in antecedentia reiiciant vnius diei interuallo: vt paulò pòſt in anni Romani tractatione in anno Iuliano docebimus. Cùm ergo Nicena ſynodus animaduertiſſet tempore incarnationis Chriſti, vel, vt alij notant, circa Iulij Cæſaris tempora, AEquinoctium vernum in diem Martij 25. incidere, ab illo verò tempore ad ſua vſque annos trecentos vigintiquatuor effluxiſſe, atque adeò AEquinoctium vernum per tres ferè dies retroceſſiſſe in antecedentia, & à 25. Martij in 22. eiuſdem retrolapſum: illi & præterito iam tempori & parti etiam aliquotæ futuri proſpicere ſtudentes, verno AEquinoctio diem Martij viceſimam primam aſſignauerunt.

Nicena ſynodus. *Iam verò cùm à tempore Nicenæ ſynodi*

(hanc

(hanc ad Niceam Bithiniæ anno Conſtantini Helenes filii decimoquarto, Chriſti verò anno 331 celebratam & Iulio mēſe inchoatā tradunt) anni ad hæc noſtra tempora effluxerint mille ducenti triginta nouem, vt antè diximus (agitur quippe nunc annus M. D. L X X.) fit vt AEquinoctium vernum pari ratione retroceſſerit ab illo tempore ferè per duodecim dierum ſpatium, vt iam in Martii nonum retroceßiſſe comperiatur. Et certè voluentibus annis etiam magis ac magis anticipabit & retrolabetur in anteriora, ni Pontifices aut Principes, quibus ea res curæ eſſe debet, emendationem eam adhibeāt, Vt primo anno Biſſextili occurrente poſt elapſos annos centum triginta ſex ſupputationem ineundo ab anno 1560. intercalarium diem omninò pro primo tantùm Biſſextili anno tollant, & ne planè intercaletur caueant: eámq; legem ſeruēt poſt elapſos ſingulos 136. annos, vt AEquinoctia certam & firmam ſedem in Martii die X. habeant. ~~Ronant~~ ergo aliquando tandem ~~& excutiant veternum~~ noſtri æui Pontifices ~~plus ſatis deſides & inſtar glirium veternoſi &~~ ſui officii memores caueant, ne Reges illorum vecordia excitati, falcem in illorum meſſem immittant, & vt annum

ita & ea quæ emendationē poſtulare videbūtur, nō ſine magna illorū ignominia, aliquādo tandem emendent. Sed enim reuerſi eò vnde digreſsi ſumus, dicimus XXI. *Martij (quo die conſtituebat AEquinoctium Nicena ſynodus) tridui interuallo diſtare ab eo quod Plinius, & bidui ab eo quod Montaniſtæ eidem aſsignabant. Plinius, ſiquidem lib.* 18. *cap.* 16. 25. *Martii: Montaniſtæ vt paulò ante ex Nicephoro oſtendi, nonum Calend. April. eidem aſsignabant. Nos, vt commodiùs & faciliùs quod quærimus (Lunam dico primam Verni temporis, atq; adeò etiā primum & anni & menſis Hebraici diē) quaſi digito indicemus: AEquinoctio verno octauum Idus Martii aſsignamus: non quòd ignoremus noſtri temporis Aſtrologos ſcribere ſe illud ipſum hac noſtra tempeſtate die Martii* X. *deprehendere: ſed quòd ob rationes prædictas in eum ferè diem hac tempeſtate retrolapſum ſit: & quòd niſi eo ibidem fixo collocatoque primæ Verni temporis Lunæ atque adeò primo Hebraici anni diei certus & verus locus aſsignari non poſsit. Nullibi ergo commodiùs vt his temporibus, meo quidem iudicio, conſtitui poteſt. Quo poſito dico eam primam Lunam nouam, quæ prima poſt octauum Idus Martii occurrat anno Hebraico*

&

& primo diei menſis Niſan initium adferre. Id verò eo conſtantiùs, dicere audeo, quòd ij qui antea anni rationem (computiſtas vocant) tradiderunt, vt vltimum ſeu remotiſsimum Paſcha ſeptimo Calend. Martij (qui dies XXV. *Aprilis eſt) ita infimum ſeu primum vndecimo Calend. Aprilis, ſeu Martij viceſima ſecunda & ratione quidem optima contingere ſcripſerunt. Optima ratione dico, quòd infima ſeu prima Lunatio Aprilis, octauo Idus Martii (qui idem octauus eius dies eſt) contingit: Vltima autem Aprilis Lunatio, Nonis eiuſdem, qui & quintus Aprilis eſt. Vt intelligi detur Paſcha celebrari habere diebus illis triginta quinque qui medii ſunt inter* XI. *Calend. Aprilis & ſeptimum Calend. Maij: hoc eſt, inter viceſimũ ſecundum Martii & viceſimum quintum Aprilis diē. Rurſus ab octauo Idus Martii vſque ad Nonas Aprilis vna eſt Lunatio, ſeu dies viginti nouem. A quocunque illorũ Luna fuerit noua, computa dies quatuordecim & habebis Peſah Hebræorum, quo habito facilè Paſcha Chriſtianorum occurret. Id enim continget Dominica die proximè ſequente Peſah Hebræorum, niſi ipſa dies Dominica poſtriduana ſit, occurrens dico poſtridie Lunæ decimæ quartæ. ſeu eius diei quo Hebræi ſuũ*

Peſah celebrarint. Siquidem qui Chriſtum hactenus more Romano profeßi ſunt, nequaquam decimaquarta Luna Paſcha celebrarunt, ſed ne decima quidem quinta, vt ea etiam die Dominico contingat, ne cum Iudæis in eo concurrere eóque Iudaizare, vt aiunt, videretur. Nam Hebræi à veſpera decimæquartæ Lunæ in veſperam decimæ quintæ ſuum Peſah celebrant: quo fit vt hoc feſtum nobis in diem Dominicam proximè ſequentem Lunam decimamquintam reiiciatur. Sanè Euſebius lib. 5 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 22. & 23. oſtendit quanta fuerit controuerſia inter Epiſcopos & alios Fideles de celebritate Paſchæ, tempore Victoris Papæ decimitertii, anno Domini C X C V I I I. *quibuſdam volentibus Luna decimaquarta Paſcha Domini celebrandum quacũque die Septimanæ Luna* X I I I I. *veniſſet. quãdo Iudæis agnus præcipitur immolari. aliis verò volẽtibus, ne aliquãdo niſi in die Dominico quo Dominus ſurrexit à mortuis, Dominicum Paſchæ celebraretur myſterium. & ob eiuſmodi cauſam cõgregata ſunt Cõcilia prouincialia anno* XI, *Commodi Imperat. vt Romanum, Cæſareanum, Gallicanũ, Ponticum, Achaicũ, Chartaginenſe quartum & quintum. Et Canon primus Concilij Antiocheni hæc habet, Non*

licere

licere Paſcha diuerſo tempore facere, nec cum Iudæis concelebrare, ſicut in Niceno Concilio ſtatutũ eſt. Et Victor ille Papa Afer inſtituit die Dominica Paſcha Domini celebrari, ſicut conſtituerat Pius Papa. vt habetur, de conſec. diſt. 3. c. celebritatem. vt appareat hãc quæſtionem ingenia Pontif. Ro. diu exercuiſſe: vſq; adeo verebãtur quitũc Papabãt, ac potiſſimùm ſuperſtitioſus ille Afer & vafer Victor, ne ea in re Iudaizaret. Quod vtinã in multis aliis reb⁹ tã ſtudioſè cauiſſet tũ is tũ cæteri Pontifices Rom. ne nõ ſolùm Iudaiſmus, ſed, quod magis cauendum erat, Paganiſmus in Chriſtianiſmũ inuaderet. Verũ, proh dolor, dum de lana caprina diſceptant, ac de celebritate Paſchæ quæſtiones mouent, interim idololatriã, quouis Iudaiſmo multis partibus pernicioſiorem & Deo ſummè inuiſam, è medio Paganiſmo irrepere in Chriſtianiſmũ ac radices agere ſiuerũt: Ingeniáq; ſua nõ in cõſeruanda Euangelij puritate, ſed in ſtatuẽdis nouis ritibus & iniungẽdis onerib. quæ digito nolint cõtingere, exercuerũt. Sed manũ de tabula. Cõſultius meo quidẽ iudicio & minùs ſcrupuloſè feciſſẽt illi Patres, ſi omiſſis illis quæſtionibus & horis bonis meliùs collocatis, celebrandũ Paſcha ſtatuiſſent, menſis Aprilis primo quoq; die Dominico, ac interim nouam,

veterem, gibboſam, Calendas ac Neomenias valere iuſsiſſent. Quid enim obſecro veris Chriſtianis qui iugo Legis & ceremoniarum per Chriſtum liberati ſunt, cum Neomenia, Plenilunio, prima aut decimaquarta Luna? Certè ſtatos & determinatos dies in eum finem Eccleſiæ proceres & inſtituere & inſtitutos obſeruari debere poſſunt denunciare, vt populus ſtato die ad audiendum verbum Dei & recipienda ſacramenta conueniat. ac non quòd eam obſeruationem neceſſariam eſſe ad ſalutem & ad peccatorum remiſsionem exiſtimare debeat. Sed interim ſanciuerunt ne niſi die Dominico liceret Dominicum Paſchæ celebrare myſterium, obſeruata tamen decimaquarta Luna: in quo certè & nonnihil Iudaizare videntur, & rudes in tantam ſuperſtitionem adducere, vt conſcientiis laqueum iniiciant. adeo vt Afer ille papa Victor eccleſias Aſiæ non alia de cauſa excommunicare & Anathemate deuouere præſumpſerit, quàm quòd illæ alio quàm eccleſia Romana tempore, Paſcha celebrarent. Quin & obſeruant etiam ne XXII. *Martii Paſcha celebretur. vt etiam ille dies die Dominico contingat. & quatuor etiam aut quinque dierum interuallo à Luna decima quarta diſtet. Et rationem aſsignant quòd ille vigeſimus*

mus ſecundus Martii terminus ſit, vt antè dixi, quo infimum ſeu primum Paſcha occurrit, & terminum & feſtum vno eodémque die celebrari vetant. Neque verò hæc à me dicta eſſe quis velim exiſtimet, quò noſtris hominib⁹ ſcrupulũ de diei Paſchæ celebratione velim iniectum. Scio quippe ex noua Lege cuiuis bono & Chriſtum piè profitẽti, quouis die, quauis Luna & hora Paſcha celebrare, paratóque & probato accedenti ad Synaxim, ſacram Euchariſtiam in mortis Chriſti commemorationem delibare licere. Sed παρέργως *profectò tam rei affinitate adductus quàm neſcio quo modo orationis curſu abreptus, in hanc tractationem excurri: & quia mihi de Hebræorum Peſah ſermo erat, de Romani Paſchatis etiã hunc in diem obſeruatione aliquid hîc dicere haud ita alienũ à ratione iudicaui. Cæterum Hebræi tertio quoque anno intercalant menſem vnum, vt diximus, dierum triginta trium. quo fit vt ante intercalationem annus perfectus eſſe & ad ſua principia redire non poßit. vnde neceſſe eſt quò id fiat, vt ſi quis Ephemeridẽ Hebræã conſtruere volet, totum triennium vnà cum menſe Embolimo dierum* XXXIII. *deſcribere habeat, hoc modo. Anno* M.D.LX, *primus dies menſis Niſan primi mẽſis Hebræo-*

rum concurrebat cum decimoſeptimo Martij noſtri. & aſsignatis menſibus imparibus diebus triginta, paribus vigintinouem, vltimus anni Hebræi dies incidebat in decimũquintum Martij.

ANNO *Milleſimoquingenteſimoſexageſimo primo, primus dies menſis Niſan atque adeo primus anni illorum dies incipiebat à die inſequente diem vltimum præcedentis anni, hoc eſt, à decimo ſexto Martij, & deſinebat annus ille in quartum Martij: qui oſtendit tibi quintum diem Martii initium facere debere tertio anno, hoc eſt, anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Ergo*

ANNO *Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, primus dies anni Hebràici concurrebat cum die quinto Martii, vltimus autem cum vigeſimoprimo Februarii: vt appareat inter vltimum diem anni & primum dies vndecim intercedere, qui per tres ãnos aceruati triginta tres dies efficiũt & conflãt: quot ſcilicet dies intercedere comperies inter primum diem primi anni triennii, id eſt decimũ ſeptimũ Martii & inter vltimũ diem anni tertii & vltimi triennii, id eſt, vigeſimum*

mũ primũ Februarii. Sic dies tot additi. I. triginta tres per mẽſem Embolimũ, efficient vt annus ad ſua principia redeat. Menſis porro Embolimus anonymos eſt, & conflatur ex ter vndecim diebus triennii. Nam ſinguli anni quia Lunares ſunt, anno Solari curtiores ſunt & breuiores diebus vndecim, vt qui ſinguli diebus tãtùm trecentis quinquaginta quatuor conſtent. & ter vndecim triginta tria conflant. Iam ſi Ephemeridem Hebræam conſtruere voles, quærenda eſt primùm in diariis, vulgo Almanach *dictis, noua prima Luna quæ occurrat poſt octauum idus Martii, & ab ea primum diem anni Hebraici auſpicabere. menſéſque eo ordine & dierum numero digeres, quo prædictum eſt. Sic Hebraici anni ratio tibi conſtabit: & videbis, tribus annis affectis & reuolutis, & adhæc intercalario menſe dierum* XXXIII. *addito, nullo die aut deficiente aut ſuperabundante, annum in ſe ſua per veſtigia volui, & ad eadem vnde incepit redire primordia. dierúmque ſeriẽ ita ſeſe continuare, vt nullus dies inter vltimum menſis Embolimi & totius triennij diem primum aut deficiat aut ſuperabundet. Itaque ſummam dierum totius triennii Hebræi cum* XXXIII. *diebus menſis Embo-*

Sunt tamen qui hunc Veadar *quaſi alterum* Adar *vocari dicãt*

rum concurrebat cum decimoſeptimo Martij noſtri. & aſsignatis menſibus imparibus diebus triginta, paribus vigintinouem, vltimus anni Hebræi dies incidebat in decimũquintum Martij.

Anno Milleſimoquingenteſimoſexageſimo primo, primus dies menſis Niſan atque adeo primus anni illorum dies incipiebat à die inſequente diem vltimum præcedentis anni, hoc eſt, à decimo ſexto Martij, & deſinebat annus ille in quartum Martij: qui oſtendit tibi quintum diem Martii initium facere debere tertio anno, hoc eſt, anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Ergo

Anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, primus dies anni Hebràici concurrebat cum die quinto Martii, vltimus autem cum vigeſimoprimo Februarii: vt appareat inter vltimum diem anni & primum dies vndecim intercedere, qui per tres ãnos aceruati triginta tres dies efficiũt & conflãt: quot ſcilicet dies intercedere comperies inter primum diem primi anni triennii, id eſt decimũ ſeptimũ Martii & inter vltimũ diem anni tertii & vltimi triennii, id eſt, vigeſimum

mũ primũ Februarii. Sic dies tot additi. i. triginta tres per mẽſem Embolimũ, efficient vt annus ad ſua principia redeat. Menſis porro Embolimus anonymos eſt, & conflatur ex ter vndecim diebus triennii. Nam ſinguli anni quia Lunares ſunt, anno Solari curtiores ſunt & breuiores diebus vndecim, vt qui ſinguli diebus tãtùm trecentis quinquaginta quatuor conſtent. & ter vndecim triginta tria conflant. Iam ſi Ephemeridem Hebræam conſtruere voles, quærenda eſt primùm in diariis, vulgo Almanach *dictis, noua prima Luna quæ occurrat poſt octauum idus Martii, & ab ea primum diem anni Hebraici auſpicabere. menſéſque eo ordine & dierum numero digeres, quo prædictum eſt. Sic Hebraici anni ratio tibi conſtabit: & videbis, tribus annis affectis & reuolutis, & adhæc intercalario menſe dierum* XXXIII. *addito, nullo die aut deficiente aut ſuperabundante, annum in ſe ſua per veſtigia volui, & ad eadem vnde incepit redire primordia. dierúmque ſeriẽ ita ſeſe continuare, vt nullus dies inter vltimum menſis Embolimi & totius triennij diem primum aut deficiat aut ſuperabundet. Itaque ſummam dierum totius triennii Hebræi cum* XXXIII. *diebus menſis Embo-*

Sunt tamen qui hunc Veadar *quaſi alterum* Adar *vocari dicãt*

limi, æquare ſummam dierum annorum trium Solarium, quales ſunt anni Romani. vtrique.n. anni explent dies Mille nonaginta quinque: quod patebit ſi dies CCCLXV. *(tot autem annus Solaris capit neglectis hîc diei quadrãtibus) ter multiplicaueris. idémque feceris in ſumma dierum annorũ trium Hebræorum cum menſe intercalario, vt hîc vides.*

Dies *anni Romani ter aucti:*	Dies *anni Hebrai ter multiplicati:*	
365	*354*	
3	*3*	
1095	*1062*	
	33	*Adde menſem Embolimũ dierum* XXXIII.
	1095	

Hactenus de anno Hebræo.

De anno

De anno Mace-
donico.

DE MENSIBVS MACEDONVM SEV Græcorum.

1 *Xantichus.*
2 *Artemiſius.*
3 *Deutius.*
4 *Panemus.*
5 *Lous.*
6 *Gorpiæus.*
7 *Hyperberetæus.*
8 *Dius.*
9 *Apellæus.*
10 *Audinæus.*
11 *Peritius.*
12 *Dyſtrus.*

PARES *omnes dies habent* XXIX.

Impares, dies XXX.

Intercalarivs menſis dierum XXXIII.

Si ergo Ephemeridem Macedonicam conſtruere voles, venare primam Lunam nouam poſt octauum Idus Martij, ſicut in anno Hebræo diximus, anno biſſextili Romano, & ab ea prima noua Luna primum & anni & menſis Xantichi diem auſpicare, & triennio conſcripto, continuato dierum & menſiū ordine dum ad finem tertii anni deueneris, intercala menſem vnum dierum triginta trium. ſic tibi Macedonici anni ratio conſtabit, & videbis cui menſi Latino Xantichus, cui Artemiſius, Deutius aut alius reſpondebit.

Quidam menſibus Macedonum, quos & Græcos vocant, hæc imponunt nomina, quæ miſta ſunt, vt videre licet, ex Hebræis menſium nominibus & Barbaris. fortaſſe ſunt nomina hodie inter Græcos & Turcas vſurpata.

1 Tiſrim. 1. October.
2 Tiſrim. 2.

3 Re-

3 *Remiz. 1.*
4 *Remiz. 2.*
5 *Sabath.*
6 *Adar.*
7 *Niſan.*
8 *Idar.*
9 *Haciran.*
10 *Thamuz.*
11 *Abh.*
12 *Eyul.*

MACEDONES, *quod ad anni ſui ordinationem ſpectat, Hebræorum morem inſecutos ac à prima Luna verna annum ſuum fuiſſe exorſos vel hoc vno argumento poteſt conſtare, quòd Ioſephus in ſuis illis Antiquitatum libris crebrò & ferè vbique Hebræos nominibus Macedonicis exprimit. quod & auctor Machabæorum facit. Huc adde quòd Galenus & AEtius medici præſtantiſsimi ortu & occaſu ſyderum ita ipſos deſignant, vt de eo dubitare nemo poſsit. quod & ex ſequentibus palam fiet. de ſingulis enim menſibus ordine dicere inſtitui Ac primùm de Xanticho.*

1 XANTICHVS.

XANTICHI mentio ſit apud Ioſephum locis dictis & deſignatis in tractatu de menſe Niſan, & præterea Machabæ.2.cap.11, in epiſt. Antiochi ad Senatum Iudæorũ, His igitur qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xantichi damus dextras ſecuritatis, &c. Item in fine epiſtolarum Antiochi & Romanorum ad Iudæos ſic legitur, Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xantichi menſis die XV. *Ætius medicus Sermone 3. tetrabibli primæ, capite cēteſimo ſexageſimo quarto, Menſe Xanticho, inquit, prima die Intempeſta nocte Pleïades apparent. Cornarius interpres Aprilem interpretatur. Euagrius hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap. 9, de Iuſtiniano Iuſtini ex ſorore nepote loquens, Hic imperator, inquit, declaratus eſt prima menſis Xantichi quem Aprilem vocāt. Suidas,* Ξανθικὸς ὄνομα μηνὸς παρὰ μακεδόσιν· ὁ Ἀπρίλιος.

2 ARTEMISIVS.

ARTEMISII meminit Ioſephus locis antè citatis in anni Hebræi tractatione in menſe Zio. Meminit & Galenus tam Arte-

miſii quàm Dÿ, Peritii & Loi initio cõmenta in 1. Epidem. his poſt alia verbis, οἷον, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐὰν προμάθῃ τὸ, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς φθινοπώρου γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς Περιτίου μηνός· τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας· τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου. καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ Λῴου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας. *id eſt, vt ſi, exempli gratia, antea didicerit Autumnale fieri AEquinoctium in principio mẽſis Dÿ, ſciet Hyemale Solſtitium fieri quaſi poſt tres menſes in principio menſis ſecũdum ipſos Peritii (nempe hoc nomine à Macedonibus exprimitur) Vernum autem AEquinoctium principio Artemiſii, veluti & Solſtitium æſtiuũ initio Loi. Sic aũt vt ſcripſi legendũ eſt apud Gal. græcum, cùm malè legatur* ἔσεται *pro* εἴσεται *&* τοῦ καθ' ἑαυτὸν Περάτου, *pro* τοῦ καθ' ἑαυτοὺς (τοὺς Μακεδόνας) Περιτίου. *Et AEtius li. 3. cap. 163, Menſis Artemiſii, inquit, prima die Hyades ſimul cum Solis ortu oriũtur: Cornarius Maiũ latinè expreſſit. Meminit & huius Euagrius Eccl. hiſt. lib. 4. cap. 5, de temporibus Iuſtini loquẽs, Etenim, inquit, paulò pòſt anno illius imperii ſeptimo menſe dec-*

mo, qui tum Artemiſius. Maius videlicet erat, viceſimanona die menſis in primo puncto meridiei, die ſexta Hebdomadis cõcuſſio & terræ motus occupatam ciuitatem propè vniuerſam (de Antiochia loquitur) ſubuerterunt. Thucidides etiam libro quinto, Facta fuit pax, inquit, Plyſtola Ephoro Lacedemone, diebus quatuor ante finem menſis Artemiſii: Athenis Alceo duce, ſex diebus antè finẽ Elaphebolionis. Quo loco Thucidides menſes menſibus non confert: Artemiſium dico Macedonicum menſem, cum Elaphebolione menſe Attico: ſed notat dies quibus pax Athenis, & quibus Lacedemone propoſita ſit. quæ res temporis intercapedinem requirit. Suidas. Ἀρτεμίσιος παρὰ Μακεδόσιν. ὁ μάϊος.

3 DEVTIVS.

Δεύτιος*: Suidæ* Δέσιος*: Plutarcho* Δαίσιος *dicitur in fine Arati, cùm ſcribit ſacrificiũ Arato fieri quotannis die Dæſii menſis, quẽ Athenis Antheſterionem appellant. & in fine vitæ Alexandri, ſcribit ipſum mortuum eſſe poſtrema die menſis Dæſii. & ibidem circa medium, Nonnulli, inquit, cõſuetudinem etiam obſeruandã putabant,*

bant, qua receptum erat, ne Dæſio menſe exercitum Rex Macedonum educeret. Hoc quidem ita correxit Alexander, vt Artemiſium denuo agi iuberet. Huius menſis & ſequentium credam AEtium meminiſſe loco antè in Artemiſio citato. Interpres omiſſis nominibus Græcis, quibus auctorem vſum fuiſſe credibile eſt, vt & in duobus præcedentibus menſibus fecit, Latina menſium nomina expreſſit. Ego defectu codicis Græci verba auctoris citare non potui.

4 Panemvs.

Svidas, Πανέμος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ Ἰούλιος. *Euagrius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, capite primo, Iuſtinus, inquit, natione Thrax purpuream togam vſurpauit nona menſis Panemi, qui Iulius apud Romanos nominatur. Plutarchus in Camillo, Contrà Metageitnion, inquit, quem Panemum Bœoti dicunt, Græcis inauſpicatus fuit. Demoſthenes in oratione de Corona, in epiſtola Philippi regis Macedonum ad Peloponeſiorum fæderatos, magiſtratus, aſſeſſores & alios,* ὥστε συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν φωκίδα, ἔχοντες

ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τετταράκοντα τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Λῴου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δ' Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι Πανέμου. *i. Quare armati nobis occurrite in Phocide allato commeatu dierum quadraginta præſenti menſe Loo vt nos habemus, vt Athenienſes Boëdromione, vt Corinthii Panemo. Qui locus ſi verus eſt, pro Panemo, menſe vt hic dicit Corinthio, alium in ordine menſium Macedonicorum ſubſtituere oportet: niſi ſi fortaſſe Panemus Bœotis & Corinthiis vt & Macedonibus quoque communis eſt. Meminit & Panemi Plutarch. in Ariſtide, de pugna ad Plateas loquens,* ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος. *i. Hoc prælium commiſſum eſt quarto die inſtantis Boëdromionis ſecundum Athenienſes, ſecundum Bœotos verò quarto die Panemi deſinentis.*

5 Loos.

QVÆ *Galenus de menſe Loo dicat vide antè in tractatione menſis Artemiſii. Item & quæ ex Demoſthene citauimus antè in Panemo. Meminit & huius Euagrius hiſto. Eccl. cap. 9. lib. 4. ſcribens Iuſtinum ſupremum vitæ*

vitæ diem obiiſſe primo die mẽſis Loi. 1*. Auguſti: Suidas,* Λῷος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι. ὁ Αὔγουστος. *Meminit & huius Plutarchus in Alexandro, vbi eum Hecatombæoni confert initio, Natus eſt (Alexander) ſexto die Hecatombæonis, quem Macedones Loũ nominant, &c.*

6 Gorpiævs.

Gorpiæi *meminit Euagrius hiſt. Eccl. lib.4.ca.4, in fine, Factus eſt autem Seuerus, inquit, à ſua ſede profugus menſe Gorpiæo quem Romani Septembrem vocant. Plutarchus in Theſeo de Cypriis loquens, In ſacris, inquit, quæ fiunt Nonis Gorpiæi menſis, &c. Suidas,* Γορπιαῖος μὴν ὁ Σεπτέμβριος κατὰ Μακεδόνας.

7 Hyperberetævs.

*H*vivs *menſis meminit Galenus lib.4. de ſanitate tuẽda, his verbis,* Ἔστι μὲν ὡραιότατον τῆς Ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου. ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριος ἐστίν· ἐν Περγάμῳ δὲ παρ᾽ ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ μυστήρια: *1. Eſt, inquit, maturrimum Abietis ſemen*

rum concurrebat cum decimoſeptimo Martij noſtri. & aſsignatis menſibus imparibus diebus triginta, paribus vigintinouem, vltimus anni Hebræi dies incidebat in decimũquintum Martij.

Anno Milleſimoquingenteſimoſexageſimo primo, primus dies menſis Niſan atque adeo primus anni illorum dies incipiebat à die inſequente diem vltimum præcedentis anni, hoc eſt, à decimo ſexto Martij, & deſinebat annus ille in quartum Martij: qui oſtendit tibi quintum diem Martii initium facere debere tertio anno, hoc eſt, anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Ergo

Anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, primus dies anni Hebràici concurrebat cum die quinto Martii, vltimus autem cum vigeſimoprimo Februarii: vt appareat inter vltimum diem anni & primum dies vndecim intercedere, qui per tres ãnos aceruati triginta tres dies efficiũt & cõſtãt: quot ſcilicet dies intercedere comperies inter primum diem primi anni triennii, id eſt decimũ ſeptimũ Martii & inter vltimũ diem anni tertii & vltimi triennii, id eſt, vigeſimum

mũ primũ Februarii. Sic dies tot additi. I. triginta tres per mẽſem Embolimũ, efficient vt annus ad ſua principia redeat. Menſis porro Embolimus anonymos eſt, & conflatur ex ter vndecim diebus triennii. Nam ſinguli anni quia Lunares ſunt, anno Solari curtiores ſunt & breuiores diebus vndecim, vt qui ſinguli diebus tãtùm trecentis quinquaginta quatuor conſtent. & ter vndecim triginta tria conflant. Iam ſi Ephemeridem Hebræam conſtruere voles, quærenda eſt primùm in diariis, vulgo Almanach *dictis, noua prima Luna quæ occurrat poſt octauum idus Martii, & ab ea primum diem anni Hebraici auſpicabere. menſeſque eo ordine & dierum numero digeres, quo prædictum eſt. Sic Hebraici anni ratio tibi conſtabit: & videbis, tribus annis affectis & reuolutis, & adhæc intercalario menſe dierum* XXXIII. *addito, nullo die aut deficiente aut ſuperabundante, annum in ſe ſua per veſtigia volui, & ad eadem vnde incepit redire primordia. dierúmque ſeriẽ ita ſeſe continuare, vt nullus dies inter vltimum menſis Embolimi & totius trienniј diem primum aut deficiat aut ſuperabundet. Itaque ſummam dierum totius triennii Hebræi cum* XXXIII. *diebus menſis Embo-*

Sunt tamen qui hunc Veadar *quaſi alterum* Adar *vocari dicãt*

F. iiii.

limi, æquare ſummam dierum annorum trium Solarium, quales ſunt anni Romani. vtrique.n. anni explent dies Mille nonaginta quinque: quod patebit ſi dies CCCLXV. *(tot autem annus Solaris capit neglectis hîc diei quadrãtibus) ter multiplicaueris. idémque feceris in ſumma dierum annorũ trium Hebræorum cum menſe intercalario, vt hîc vides.*

Dɪᴇs *anni Romani ter aucti:*	Dɪᴇs *anni Hebræi ter multiplicati:*	
365	*354*	
3	*3*	
1095	*1062*	
	33	*Adde menſem Embolimũ dierum* XXXIII.
	1095	

Hactenus de anno Hebræo.

De anno

De anno Mace-

DONICO.

DE MENSIBVS MA-

CEDONVM SEV

Græcorum.

1 *Xantichus.*
2 *Artemiſius.*
3 *Deutius.*
4 *Panemus.*
5 *Lous.*
6 *Gorpiæus.*
7 *Hyperberetæus.*
8 *Dius.*
9 *Apellæus.*
10 *Audinæus.*
11 *Peritius.*
12 *Dyſtrus.*

PARES *omnes dies habent* XXIX.

Impares, dies XXX.

Intercalarivs menſis dierum XXXIII.

Si ergo Ephemeridem Macedonicam conſtruere voles, venare primam Lunam nouam poſt octauum Idus Martij, ſicut in anno Hebræo diximus, anno biſſextili Romano, & ab ea prima noua Luna primum & anni & menſis Xantichi diem auſpicare, & triennio conſcripto, continuato dierum & menſiũ ordine dum ad finem tertii anni deueneris, intercala menſem vnum dierum triginta trium. ſic tibi Macedonici anni ratio conſtabit, & videbis cui menſi Latino Xantichus, cui Artemiſius, Deutius aut alius reſpondebit.

Quidam menſibus Macedonum, quos & Græcos vocant, hæc imponunt nomina, quæ miſta ſunt, vt videre licet, ex Hebræis menſium nominibus & Barbaris. fortaſſe ſunt nomina hodie inter Græcos & Turcas vſurpata.

1 Tiſrim. 1. October.
2 Tiſrim. 2.

3 Re-

3 *Remiz. 1.*
4 *Remiz. 2.*
5 *Sabath.*
6 *Adar.*
7 *Niſan.*
8 *Idar.*
9 *Haciran.*
10 *Thamuz.*
11 *Abh.*
12 *Eyul.*

MACEDONES, *quod ad anni ſui ordinationem ſpectat, Hebræorum morem inſecutos ac à prima Luna verna annum ſuum fuiſſe exorſos vel hoc vno argumento poteſt conſtare, quòd Ioſephus in ſuis illis Antiquitatum libris crebrò & ferè vbique Hebræos nominibus Macedonicis exprimit. quod & auctor Machabæorum facit. Huc adde quòd Galenus & AEtius medici præſtantiſsimi ortu & occaſu ſyderum ita ipſos deſignant, vt de eo dubitare nemo poſsit. quod & ex ſequentibus palam fiet. de ſingulis enim menſibus ordine dicere inſtitui Ac primùm de Xanticho.*

1 XANTICHVS.

XANTICHI *mentio ſit apud Ioſephum locis dictis & deſignatis in tractatu de menſe Niſan, & præterea Machabæ. 2. cap. 11, in epiſt. Antiochi ad Senatum Iudæorũ, His igitur qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xantichi damus dextras ſecuritatis, &c. Item in fine epiſtolarum Antiochi & Romanorum ad Iudæos ſic legitur, Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xantichi menſis die* XV. *Ætius medicus Sermone 3. tetrabibli primæ, capite cẽteſimo ſexageſimo quarto, Menſe Xanticho, inquit, prima die Intempeſta nocte Pleïades apparent. Cornarius interpres Aprilem interpretatur. Euagrius hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap. 9, de Iuſtiniano Iuſtini ex ſorore nepote loquens, Hic imperator, inquit, declaratus eſt prima menſis Xantichi quem Aprilem vocãt. Suidas,* Ξανθικὸς ὄνομα μηνὸς παρὰ μακεδόσιν· ὁ Ἀπρίλιος.

2 ARTEMISIVS.

ARTEMISII *meminit Ioſephus locis antè citatis in anni Hebræi tractatione in menſe Zio. Meminit & Galenus tam Artemiſii*

miſii quàm Dÿ, Peritii & Loi initio cōmenta.in 1.Epide. his poſt alia verbis, οἷον, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐὰν πρὸς μάθῃ τό, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς φθινοπωρινὴν γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς Περιτίου μηνὸς· τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας· τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου. καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ Λῴου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας. *id eſt, vt ſi, exempli gratia, antea didicerit Autumnale fieri AEquinoctium in principio mēſis Dÿ, ſciet Hyemale Solſtitium fieri quaſi poſt tres menſes in principio menſis ſecūdum ipſos Peritii (nempe hoc nomine à Macedonibus exprimitur) Vernum autem AEquinoctium principio Artemiſii, veluti & Solſtitium æſtiuū initio Loi. Sic aūt vt ſcripſi legendū eſt apud Gal. græcum, cùm malè legatur* ἴσεται *pro* εἴσεται *&* τοῦ καθ' ἑαυτὸν Περάτου, *pro* τοῦ καθ' ἑαυτοὺς (τοὺς Μακεδόνας) Περιτίου. *Et AEtius li. 3.cap.163, Menſis Artēmiſii, inquit, prima die Hyades ſimul cum Solis ortu oriūtur: Cornarius Maiū latinè expreſſit. Meminit & huius Euagrius Eccl. hiſt. lib.4.cap.5, de temporibus Iuſtini loquēs, Etenim, inquit, paulò pòſt anno illius imperii ſeptimo menſe dec-*

mo, qui tum Artemiſius. Maius videlicet erat, viceſima nona die menſis in primo puncto meridiei, die ſexta Hebdomadis cõcuſſio & terræ motus occupatam ciuitatem propè vniuerſam (de Antiochia loquitur) ſubuerterunt. Thucidides etiam libro quinto, Facta fuit pax, inquit, Plyſtola Ephoro Lacedemone, diebus quatuor ante finem menſis Artemiſii: Athenis Alceo duce, ſex diebus antè finẽ Elaphebolionis. Quo loco Thucidides menſes menſibus non confert: Artemiſium dico Macedonicum menſem, cum Elapheboliones menſe Attico: ſed notat dies quibus pax Athenis, & quibus Lacedemone propoſita ſit. quæ res temporis intercapedinem requirit. Suidas. Ἀρτεμίσιος παρὰ Μακεδόσιν. ὁ μάϊος.

3 DEVTIVS.

Δαύτιος: *Suidæ* Δέσιος: *Plutarcho* Δαίσιος *dicitur in fine Arati, cùm ſcribit ſacrificiũ Arato fieri quotannis die Dæſii menſis, quẽ Athenis Antheſterionem appellant. & in fine vitæ Alexandri, ſcribit ipſum mortuum eſſe poſtrema die menſis Dæſii. & ibidem circa medium, Nonnulli, inquit, cõſuetudinem etiam obſeruandã putabant,*

bant, qua receptum erat, ne Daſio menſe exercitum Rex Macedonum educeret. Hoc quidem ita correxit Alexander, vt Artemiſium denuo agi iuberet. Huius menſis & ſequentium credam AEtium meminiſſe loco antè in Artemiſio citato. Interpres omiſsis nominibus Græcis, quibus auctorem vſum fuiſſe credibile eſt, vt & in duobus præcedentibus menſibus fecit, Latina menſium nomina expreſsit. Ego defectu codicis Græci verba auctoris citare non potui.

4 PANEMVS.

SVIDAS, Πανέμος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ Ἰούλιος. *Euagrius hiſtoria Eccleſiaſticæ libro quarto, capite primo, Iuſtinus, inquit, natione Thrax purpuream togam vſurpauit nona menſis Panemi, qui Iulius apud Romanos nominatur. Plutarchus in Camillo, Contrà Metageitnion, inquit, quem Panemum Bœoti dicunt, Græcis inauſpicatus fuit. Demoſthenes in oratione de Corona, in epiſtola Philippi regis Macedonum ad Peloponeſiorum fœderatos, magiſtratus, aſſeſsores & alios,* ὥστε συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν φωκίδα, ἔχοντες

ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν τετταράκοντα τοῦ ἐνεστῶ-
τος μηνὸς Λῴου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δ' Ἀθη-
ναῖοι Βοηδρομιῶνος, ὡς δὲ Κορίνθιοι Πανέμου.
1. Quare armati nobis occurrite in Phocide allato commeatu dierum quadraginta præſenti menſe Loo vt nos habemus, vt Athenienſes Boëdromione, vt Corinthii Panemo. Qui locus ſi verus eſt, pro Panemo, menſe vt hic dicit Corinthio, alium in ordine menſiũ Macedonicorũ ſubſtituere oportet: niſi ſi fortaſſe Panem⁹ Bæotis & Corinthiis vt & Macedonibus quoque cõmunis eſt. Meminit & Panemi Plutarch. in Ariſtide, de pugna ad Plateas loquens, ταύτην τὴν μάχην ἐμα-
χέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου
κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου
φθίνοντος. *i. Hoc prælium cõmiſſum eſt quarto die inſtantis Boëdromionis ſecundum Athenienſes, ſecundum Bæotos verò quarto die Panemi deſinentis.*

5 Loos.

QVÆ Galenus de menſe Loo dicat vide antè in tractatione menſis Artemiſii. Item & quæ ex Demoſthene citauimus antè in Panemo. Meminit & huius Euagrius hiſto. Eccl. cap. 9. lib. 4. ſcribens Iuſtinum ſupremũ

vitæ

vitæ diem obiiſſe primo die mẽſis Loi. 1. Auguſti: Suidas, Λῷος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι. ὁ Αὔγουστος. *Meminit & huius Plutarchus in Alexandro, vbi eum Hecatombæoni confert initio, Natus eſt (Alexander) ſexto die Hecatombæonis, quem Macedones Loũ nominant, &c.*

6 Gorpiævs.

G o r p i æ i *meminit Euagrius hiſt. Eccl. lib. 4. ca. 4, in fine, Factus eſt autem Seuerus, inquit, à ſua ſede profugus menſe Gorpiæo quem Romani Septembrem vocant. Plutarchus in Theſeo de Cypriis loquens, In ſacris, inquit, quæ fiunt Nonis Gorpiæi menſis, &c. Suidas,* Γορπιαῖος μὴν ὁ Σεπτέμβριος κατὰ Μακεδόνας.

7 Hyperberetævs.

H v i v s *menſis meminit Galenus lib. 4. de ſanitate tuẽda, his verbis,* Ἐστὶ μὲν ὡραιότατον τῆς Ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου. ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριός ἐστιν· ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι δὲ μυστήρια: *1. Eſt, inquit, maturrimum Abietis ſemen*

rum concurrebat cum decimoſeptimo Martij noſtri. & aſſignatis menſibus imparibus diebus triginta, paribus vigintinouem, vltimus anni Hebræi dies incidebat in decimũquintum Martij.

ANNO *Milleſimoquingenteſimoſexageſimo primo, primus dies menſis Niſan atque adeo primus anni illorum dies incipiebat à die inſequente diem vltimum præcedentis anni, hoc eſt, à decimo ſexto Martij, & deſinebat annus ille in quartum Martij: qui oſtendit tibi quintum diem Martii initium facere debere tertio anno, hoc eſt, anno Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Ergo*

ANNO *Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, primus dies anni Hebràici concurrebat cum die quinto Martii, vltimus autem cum vigeſimoprimo Februarii: vt appareat inter vltimum diem anni & primum dies vndecim intercedere, qui per tres ãnos aceruati triginta tres dies efficiũt & conflãt: quot ſcilicet dies intercedere comperies inter primum diem primi anni triennii, id eſt decimũ ſeptimũ Martii & inter vltimũ diem anni tertii & vltimi triennii, id eſt, vigeſimum*

mũ primũ Februarii. Sic dies tot additi. I. *triginta tres per mẽſem Embolimũ, efficient vt annus ad ſua principia redeat. Menſis porro Embolimus anonymos eſt, & conflatur ex ter vndecim diebus triennii. Nam ſinguli anni quia Lunares ſunt, anno Solari curtiores ſunt & breuiores diebus vndecim, vt qui ſinguli diebus tãtùm trecentis quinquaginta quatuor conſtent. & ter vndecim triginta tria conflant. Iam ſi Ephemeridem Hebræam conſtruere voles, quærenda eſt primùm in diariis, vulgo* Almanach *dictis, noua prima Luna quæ occurrat poſt octauum idus Martii, & ab ea primum diem anni Hebraici auſpicabere. menſéſque eo ordine & dierum numero digeres, quo prædictum eſt. Sic Hebraici anni ratio tibi conſtabit: & videbis, tribus annis affectis & reuolutis, & adhæc intercalario menſe dierum* XXXIII. *addito, nullo die aut deficiente aut ſuperabundante, annum in ſe ſua per veſtigia volui, & ad eadem vnde incepit redire primordia. dierúmque ſeriẽ ita ſeſe continuare, vt nullus dies inter vltimum menſis Embolimi & totius triennÿ diem primum aut deficiat aut ſuperabundet. Itaque ſummam dierum totius triennii Hebræi cum* XXXIII. *diebus menſis Embo-*

Sunt tamen qui hunc Veadar *quaſi alterum* Adar *vocari dicãt*

limi, æquare ſummam dierum annorum trium Solarium, quales ſunt anni Romani. vtrique.n. anni explent dies Mille nonaginta quinque: quod patebit ſi dies CCCLXV. *(tot autem annus Solaris capit neglectis hîc diei quadrãtibus) ter multiplicaueris. idémque feceris in ſumma dierum annorũ trium Hebræorum cum menſe intercalario, vt hîc vides.*

DIES *anni Romani ter aucti:*	DIES *anni Hebrai ter multiplicati:*	
365	*354*	
3	*3*	
1095	*1062*	
	33	*Adde menſem Embolimũ dierum* XXXIII.
	1095	

Hactenus de anno Hebræo.

De anno

De anno Mace-
DONICO.

DE MENSIBVS MA-
CEDONVM SEV
Græcorum.

1 *Xantichus.*
2 *Artemiſius.*
3 *Deutius.*
4 *Panemus.*
5 *Lous.*
6 *Gorpiæus.*
7 *Hyperberetæus.*
8 *Dius.*
9 *Apellæus.*
10 *Audinæus.*
11 *Peritius.*
12 *Dyſtrus.*

PARES *omnes dies habent* XXIX.

Impares, dies XXX.

Intercalarius menſis dierum XXXIII.

Si ergo Ephemeridem Macedonicam conſtruere voles, venare primam Lunam nouam poſt octauum Idus Martij, ſicut in anno Hebræo diximus, anno biſſextili Romano, & ab ea prima noua Luna primum & anni & menſis Xantichi diem auſpicare, & triennio conſcripto, continuato dierum & menſiũ ordine dum ad finem tertii anni deueneris, intercala menſem vnum dierum triginta trium. ſic tibi Macedonici anni ratio conſtabit, & videbis cui menſi Latino Xantichus, cui Artemiſius, Deutius aut alius reſpondebit.

Quidam menſibus Macedonum, quos & Græcos vocant, hæc imponunt nomina, quæ miſta ſunt, vt videre licet, ex Hebræis menſium nominibus & Barbaris. fortaſſe ſunt nomina hodie inter Græcos & Turcas vſurpata.

1	*Tiſrim.*	1. *October.*
2	*Tiſrim.*	2.

3 *Re-*

3 *Remiz.* 1.
4 *Remiz.* 2.
5 *Sabath.*
6 *Adar.*
7 *Niſan.*
8 *Idar.*
9 *Hacitan.*
10 *Thamuz.*
11 *Abh.*
12 *Eyul.*

MACEDONES, *quod ad anni ſui ordinationem ſpectat, Hebræorum morem inſecutos ac à prima Luna verna annum ſuum fuiſſe exorſos vel hoc vno argumento poteſt conſtare, quòd Ioſephus in ſuis illis Antiquitatum libris crebrò & ferè vbique Hebræos nominibus Macedonicis exprimit. quod & auctor Machabæorum facit. Huc adde quòd Galenus & AEtius medici præſtantiſſimi ortu & occaſu ſyderum ita ipſos deſignant, vt de eo dubitare nemo poſſit. quod & ex ſequentibus palam fiet. de ſingulis enim menſibus ordine dicere inſtitui Ac primùm de Xanticho.*

1 XANTICHVS.

XANTICHI *mentio fit apud Ioſephum locis dictis & deſignatis in tractatu de menſe Niſan, & præterea Machabæ.2.cap.11, in epiſt. Antiochi ad Senatum Iudæorū, His igitur qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xantichi damus dextras ſecuritatis, &c. Item in fine epiſtolarum Antiochi & Romanorum ad Iudæos ſic legitur, Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xantichi menſis die* XV. *Aetius medicus Sermone 3. tetrabibli primæ, capite cēteſimo ſexageſimo quarto, Menſe Xanticho, inquit, prima die Intempeſta nocte Pleïades apparent. Cornarius interpres Aprilem interpretatur. Euagrius hiſtoriæ Eccleſ. lib. 4. cap. 9, de Iuſtiniano Iuſtini ex ſorore nepote loquens, Hic imperator, inquit, declaratus eſt prima menſis Xantichi quem Aprilem vocāt. Suidas,* Ξανθικὸς ὄνομα μηνὸς παρὰ μακεδόσιν· ὁ Ἀπρίλιος.

2 ARTEMISIVS.

ARTEMISII *meminit Ioſephus locis antè citatis in anni Hebræi tractatione in menſe Zio. Meminit & Galenus tam Arte-*

miſii

miſii quàm Dÿ, Peritii & Loi initio cōmenta in 1. Epidem. his poſt alia verbis, οἷον, εἰ οὕτως ἔτυχεν, ἐὰν προμάθῃ τὸ, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Δίου μηνὸς φθινοπώρου γίνεσθαι ἰσημερίαν, εἴσεται τὴν μὲν χειμερινὴν τροπὴν ὡς μετὰ τρεῖς μῆνας ἐσομένην ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς Περιτίου μηνὸς· τοῦτο γὰρ σημαίνει κατὰ Μακεδόνας· τὴν δὲ ἐαρινὴν ἰσημερίαν Ἀρτεμισίου. καθάπερ γε καὶ τὴν θερινὴν τοῦ Λῴου. κατὰ γὰρ τὰς ἀρχὰς τῶν εἰρημένων μηνῶν αἵ τ' ἰσημερίαι καὶ αἱ τροπαὶ γίνονται κατὰ Μακεδόνας. *id eſt, vt ſi, exempli gratia, antea didicerit Autumnale fieri AEquinoctium in principio mēſis Dÿ, ſciet Hyemale Solſtitium fieri quaſi poſt tres menſes in principio menſis ſecūdum ipſos Peritii (nempe hoc nomine à Macedonibus exprimitur) Vernum autem AEquinoctium principio Artemiſii, veluti & Solſtitium æſtiuū initio Loi. Sic aūt vt ſcripſi legendū eſt apud Gal. græcum, cùm malè legatur* εἴσεται *pro* εἴσεται *&* τοῦ καθ' ἑαυτὸν Περάτου, *pro* τοῦ καθ' ἑαυτοὺς (τοὺς Μακεδόνας) Περιτίου. *Et AEtius li. 3. cap. 163, Menſis Artemiſii, inquit, prima die Hyades ſimul cum Solis ortu oriūtur: Cornarius Maiū latinè expreſſit. Meminit & huius Euagrius Eccl. hiſt. lib. 4. cap. 5, de temporibus Iuſtini loquēs, Etenim, inquit, paulò pòſt anno illius imperii ſeptimo menſe dec.*

mo, qui tum Artemiſius. Maius videlicet erat, viceſima nona die menſis in primo puncto meridiei, die ſexta Hebdomadis cõcuſſio & terræ motus occupatam ciuitatem propè vniuerſam (de Antiochia loquitur) ſubuerterunt. Thucidides etiam libro quinto, Facta fuit pax, inquit, Plyſtola Ephoro Lacedemone, diebus quatuor ante finem menſis Artemiſii: Athenis Alceo duce, ſex diebus antè finẽ Elaphebolionis. Quo loco Thucidides menſes menſibus non confert: Artemiſium dico Macedonicum menſem, cum Elaphebolione menſe Attico: ſed notat dies quibus pax Athenis, & quibus Lacedemone propoſita ſit. quæ res temporis intercapedinem requirit. Suidas. Ἀρτεμίσιος παρὰ Μακεδόσιν. ὁ μάϊος.

3 DEVTIVS.

Δεῦτιος: *Suidæ* Δέσιος: *Plutarcho* Δαίσιος *dicitur in fine Arati, cùm ſcribit ſacrificiũ Arato fieri quotannis die Dæſii menſis, quẽ Athenis Antheſterionem appellant. & in fine vitæ Alexandri, ſcribit ipſum mortuum eſſe poſtrema die menſis Dæſii. & ibidem circa medium, Nonnulli, inquit, cõſuetudinem etiam obſeruandã putabant,*

bant, qua receptum erat, ne Daſio menſe exercitum Rex Macedonum educeret. Hoc quidem ita correxit Alexander, vt Artemiſium denuo agi iuberet. Huius menſis & ſequentium credam AEtium meminiſſe loco antè in Artemiſio citato. Interpres omiſſis nominibus Græcis, quibus auctorem vſum fuiſſe credibile eſt, vt & in duobus præcedentibus menſibus fecit, Latina menſium nomina expreſſit. Ego defectu codicis Græci verba auctoris citare non potui.

4 PANEMVS.

SVIDAS, Πανέμος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ Ἰούλιος. *Euagrius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, capite primo, Iuſtinus, inquit, natione Thrax purpuream togam vſurpauit nona menſis Panemi, qui Iulius apud Romanos nominatur. Plutarchus in Camillo, Contrà Metageitnion, inquit, quem Panemum Bœoti dicunt, Græcis inauſpicatus fuit. Demoſthenes in oratione de Corona, in epiſtola Philippi regis Macedonum ad Peloponeſiorum fœderatos, magiſtratus, aſſeſſores & alios,* ὥστε συναντᾶτε μετὰ τῶν ὅπλων εἰς τὴν φωκίδα, ἔχοντες

vitæ diem obiiſſe primo die mēſis Loi.1. Augusti: Suidas, Λῷος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι. ὁ Αὔγουστος. *Meminit & huius Plutarchus in Alexandro, vbi eum Hecatombæoni confert initio, Natus eſt (Alexander) ſexto die Hecatombæonis, quem Macedones Loū nominant, &c.*

6 GORPIÆVS.

GORPIÆI *meminit Euagrius hiſt. Eccl. lib.4.ca.4, in fine, Factus eſt autem Seuerus, inquit, à ſua ſede profugus menſe Gorpiæo quem Romani Septembrem vocant. Plutarchus in Theſeo de Cypriis loquens, In ſacris, inquit, quæ fiunt Nonis Gorpiæi menſis, &c. Suidas,* Γορπιαῖος μὴν ὁ Σεπτέμβριος κατὰ Μακεδόνας.

7 HYPERBERETÆVS.

HVIVS *menſis meminit Galenus lib.4. de ſanitate tuēda, his verbis,* Ἔστι μὲν ὡραιότατον τῆς Ἐλάτης τὸ σπέρμα περὶ τὴν ἐπιτολὴν τοῦ Ἀρκτούρου. ὅστις καιρὸς ἐν Ῥώμῃ ὁ καλούμενος μὴν Σεπτέμβριος ἐστίν· ἐν Περγάμῳ δὲ παρ' ἡμῖν Ὑπερβερεταῖος, Ἀθήνησι καὶ μυστήρια: *1. Eſt, inquit, maturrimum Abietis ſemen*

circiter Arcturi ortũ, quod tempus Romæ Septembrem vocant: Pergami verò apud nos menſis Hyperberetæus: Athenis verò Myſteria. Ioſeph. Antiquit. Iud. lib. 3. cap. 10. & ſecundum veterem trala. cap. 13, Septimo item menſe quem Macedones Hyperberetæum vocant, præter iam dicta taurum & arietem & ſeptem agnos mactant. Et lib. 8. cap. 7. Menandrum citans loquentẽ de Ithobalo Tyriorum rege, Hoc regnante, inquit, pluuiarũ defectus fuit ab Hyperberetæo menſe vſque ad inſequentis anni Hyperberetæum continuus. In Decret. Can. Diſt. 27. hæc verba habẽtur, Secundum verò Conciliũ Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi menſis decimus inuenitur. Legendum verò ibi eſt Hyperberetæi, non, vt habetur, Hyperbiti: Suidas, Ὑπερβερεταῖος· ὁ μὴν κατὰ Μακεδόνας, ὁ Ὀκτόβριος. *quo loco miror Suidam ſcribere Hyperberetæum vltimum anni eſſe menſem. vnde prouerbiũ citat, Hyperberetæus, de tardantibus ſeu ſerò aliquid agentibus, aut etiam de longæuis ætatem in multos annos protelantibus.*

8 DIVS:

DE *Dio vide quæ diximus antè in menſe*

Bul

Bul, octauo apud Hebræos menſe. Suidas, Δῖος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι, ὁ Νέος. *i. Dius nomen menſis apud Macedonas, Nouember.*

9 APELLÆVS.

Euagrius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 4. cap. 19, Factáque eſt Romanis Roma rurſum ſubiecta poſt annos ſexaginta, nona menſis Apellæi, quẽ Romani Decembrem vocant. Ioſephus eum confert cum Chiſleu mẽſe 9. apud Hebræos. Vide locũ antè in Chiſleu. Suidas, Ἀπελλαῖος παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Δεκέμβριος μήν.

10 AVDINÆVS.

Suidas, Αὐδιναῖος ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσι, ὁ Ιανουάριος. *Vide AEtium græcum lib. 3. cap. 163.*

11 PERITIVS.

PERITII *meminit Galenus loco antè citato in Artemiſio ſecundo menſe Macedonico, & AEtius etiam loco ſupra citato. Suidas,* Περίτιος μὴν κατὰ Μακεδόνας ὁ Φεβρουάριος. *i, Peritius menſis ſecundum Mace-*

donas Februarius.

12 DYSTRVS.

SVIDAS, Δύςρος ὁ Μάρτιος μὴν παρὰ Μακεδόσιν. *i. Dyſtrus apud Macedonas mēſis eſt Martius. Vide quæ de eo antè diximus in menſe Adar duodecimo & vltimo menſium Hebræorū. Certè Dyſtrus videtur is eſſe quē Lyſias Antiochi procurator & propinquus, Machabæorum 2. cap. 11. in fine epiſtolæ quā ad Senatum Iudæorum ſcribit, Dyoſcurum vocat. Et certè credam legendum ibi eſſe menſis Dyſtri die 24, &c. cùm legatur Dioſcuri. Auget cōiecturam, quòd ibidem crebra fit mentio Xantichi menſis primi Macedonū Dyſtrum ordine ſequentis anno reuoluto. AEtius etiam lib. 3. cap. 163. Dyſtri meminit his verbis, Mēſe, inquit, Dyſtro (qui Martius eſt) Equus oritur* XIX *die. vt coniiciam AEtium eo loco menſes Macedonicos omnes expreſſiſſe, & ſuis nominibus appellauiſſe, vt dixi in Deutio. ſed quia codice Aëtii græco deſtituebar, id pro certo affirmare non ſum auſus. quia tamen ibi Xantichi, Artemiſii & Dyſtri nomen interpres retinuit, de reliquorum menſium nomine coniecturam facio.*

Hacte-

Hactenus de anno Macedonum ſeu Græcorum.

De anno Attico

*ATTICORVM DVO*decim menſium ex ordine nomina.

1	*Hecatombæon.*	Solſti-	7	*Poſideon.*
2	*Metageitnion.*	tiales mē-	8	*Gamelion.*
3	*Boëdromion.*	ſes.	9	*Elaphebolion.*
4	*Maimacterion.*	Aequi-	10	*Munichion.*
5	*Pyanepſion.*	noctia les mē	11	*Thargelion.*
6	*Antheſterion.*	ſes.	12	*Scirrophoriō.*

IMPARES, dies habent XXX.
PARES, dies XXIX.

Poſt octo annos intercalant menſes tres tricenûm ſingulos dierum.

HECATOMBÆON.

Antequam Hecatombæonem primum

eſſe anni Attici menſem probare aggredior, monere primùm lectorem operæpretium duxi, Atticos ab æſtiuo Solſtitio annum ſuum exordiri eſſe ſolitos. Cuius dicti locupletes teſtes eſſe poſſunt Plato & Simplicius. Ac Plato quidem ſic infit lib. 6. de legibus, Omnes magiſtratus tam annui quàm lõgioris temporis, pridie Calend. menſis illius quo poſt Solſtitium æſtiuum nouus annus incipit, in vnum templum conueniãt, &c. Simplicius in lib. 5. Phiſicæ Ariſtotelis ſic ſcribit, Ὡς δ᾽ ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτοῦ μὲν περὶ θερινὰς τροπὰς ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ περὶ μετοπωρινὰς ὡς οἱ περὶ τὴν νῦν καλουμένην Ἀσίαν, ἢ περὶ χειμερινὰς ὡς Ῥωμαῖοι, ἢ περὶ ἐαρινὰς ὡς Ἄραβες καὶ Δαμασκηνοί: *Quæ quidem, inquit, nos facimus anni initia vel circa Solſtitium æſtiuũ vt Athenienſes, vel circa Autumnale AEquinoctium vt terræ quæ nunc Aſia dicitur incolæ, vel circa Brumam vt Romani. Cùm ergo his auctoribus à tropico æſtiuo Atticis anni ſui ſit principium, reliquum eſt vt Hecatombæònem & primum anni menſem eſſe & Solſtitio proximum oſtendamus. Oſtendere porrò facile erit ex Ariſtotele, qui lib. 5. de natura Animalium cap. 11. docens piſces alios æſtate, alios hyeme partus ſuos edere, tandem exempli gratia ſubinfert,* Χειμῶνος μὲν

μὲν Λάβραξ καὶ Κεστρεὺς, θέρους δὲ περὶ τὸν Ἑκα-
τομβαιῶνα Θυννίδες περὶ τροπὰς θερινὰς, *Id eſt, Hyeme quidem Lupus & Mugilis, æſtate circa Hecatombæonē atq; adeo circa Solſtitiū æſtiuum Thynnus: Et ibidem lib. 6. cap. 17;* Ὀχεύονται δὲ Θύννοι καὶ Σκόμβροι περὶ τὸν Ἐλαφη-
βολιῶνα φθίνοντα, τίκτουσι δὲ περὶ τὸν Ἑκατομ-
βαιῶνα ἀρχόμενον. *i, Coeunt Thynni & Scōbri circa Elapheboliōnē deſinentem, pariunt circa Hecatombæonē incipientē. Nam quod hoc poſteriore loco circa ineūtem Hecatombæonē Thynnos & Scōbros parere dixit, in priore explicatiùs dixit circa Hecatōb. & circa Solſt. innuēs ſcz. circa Hecatōb. Solſt. cōtingere, præſertim trib. aut quatuor primis octēnii annis. aliàs non ſemper Hecatombæone Solſtitium contingit: vt conſtructa, ſi voles, Ephemeride deprehendere poteris. Siquidem aliis atque aliis octennii annis Solſtitium in alium atq; alium menſem incidit, nec ſtatum ſemper & certum aut diem aut menſem habet. Nam in quarto & ſexto octennii annis Metageitnione cōtingit: illo anno* XIIII. *die, hoc* XXV *Eóq; nō temerè eſt quòd auctores his dicēdi formulis vtūtur,* περὶ τὸν Ἐλαφηβολιῶνα, Ἑκατομβαιῶνα, περὶ τὰς τροπὰς, *&c. i. circa Elapheboliōnē, Hecatombæonē, circa Solſtitia & c. Sed & ex Theophr. quoq; licet oſtendere*

Hecatombæonem primum anni Attici menſem eſſe & Solſtitio proximum. Is enim ſcribens calamum tibialem, cùm adhuc ſimplici muſica vterentur Græci, tempeſtiuè cædi ſolitam ante Antigenidem, ſub Arcturo, menſe Boedromione. nunc autem mutatam eſſe cæſuram ſubdit, Τέμνουσι γὰρ δὴ νῦν, φησὶ, τοῦ Σκιῤῥοφοριῶνος καὶ Ἑκατομβαιῶνος ὥσπερεὶ πρὸ τροπῶν μικρὸν ἢ ὑπὸ τροπάς. *Cædunt, inquit, nunc Scirrophorione & Hecatombæone quaſi paulò ante Solſtitium vel ſub ipſo.*

Lib.4.c.12.

Antigenides Thebanus, muſicus tibicen, de quo Gell. li. 15. cap. 17. Valerius lib. 3 cap. 7. Plin. li. 16. cap. 36. Cicero in Bruto.

Quinetiam idipſum etiam liquet ex Demoſthenis Olynthi. 3, his poſt alia verbis initio, Τότε τοίνυν μὴν ἦν Μαιμακτηριών: *& paucis interiectis verbis,* ἐπὶ μετὰ ταῦτα, διελθόντος τοῦ ἐνιαυτοῦ τούτου, Ἑκατομβαιὼν, Μεταγειτνιὼν, Βοηδρομιὼν. τούτου τοῦ μηνὸς μόλις μετὰ τὰ μυστήρια δέκα ναῦς ἀπεστείλατε ἔχοντα Χαρίδημον κενὰς καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου, *id eſt, Tunc igitur menſis erat Mæmacterion. Deinde verò eo anno elapſo (prateriere) Hecatombæon, Metageitnion, Boedromiõ. Hoc demũ menſe vix poſt initia Cereris Charidemũ decem naues habentem vacuas ablegaſtis & argenti. v. talenta: quo loco orator Mæmacterione nunciatum fuiſſe dicit Philippum Heræum caſtrum obſidere, Athenienſéſque multis verbis & tumultu facto tandem decreuiſſe*

Interpres Wolfius Octobrem, Iunium, Quintilem & Sextilem conuertit.

creuiſſe

creuiſſe quadraginta triremes producere. poſt quod decretum menſe anni quarto factũ annus affectus fuit, & ad finem non ſolum deductus, ſed & præterea de ſequente anno & nouo effluxerint Hecatombæon, Metageitnion & Boëdromion tres anni primi mẽſes, priuſquam Athenienſes quod decreuerant exequerentur: cùm vix poſt initia Cereris menſe Boëdromione Charidemum ablegaſtis, &c. Sic ſcilicet ſocordiam notans Athenienſium, decreta ſua in annum protelantium. Meminit & huius Demoſthen. ſuppreſſo tamen ordinis nomine in oratione de Corona, aliiſque locis, maximè cõtra Timocratem his verbis, Ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τοὺς νόμους ἀπεχειροτονήσατε οὔσης ἐνδεκάτης τοῦ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς, δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν εὐθὺς τῇ ὑστεραίᾳ, καὶ ταῦτα ὄντων Κρονίων. *i. Sed cùm cõcio qua Leges diiudicauiſtis vndecimo die Hecatõbæonis celebraretur, poſtridie ſtatim duodecimo ſcz. die idq́; Saturnalibus Legem tulit, &c. Meminit etiã & alio loco Theophraſt. ſcribens euenire, vt cùm omnes aliæ arbores germinationem incœperint, eandem continuẽt,* τὴν πεύκην *tamen* καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλείπειν περὶ τὴν αὔξησιν καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς. τὸν μὲν πρῶτον ἄκρου ἔαρος εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος: τὸν δ'

Myſteria die Boedromionis xx. celebrantur Plutarch. in Camil. & Phocione.

Interpres 3. Idus Iunii & pridie Idus dixit

Lib. 3. ca. 6

Gaza interpres Theoph. Februariũ, Martium & Aprilem conuertit.

δεύτερον διαλιπούσας περὶ τριάκοντα ἢ μικρῷ πλείους ἡμέρας ἐπιβάλλεσθαι περὶ τὴν Σκιρροφοριῶνα μῆνα λήγοντα. τὸν δὲ τρίτον διαλειπούσας περὶ πεντεκαίδεκα ἡμέρας ἐπιβάλλεσθαι, ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέρας Ἑκατομβαιῶνος, *id eſt; Pinum tamen & Abietem & Robur intermittere germinationem, ternáque edere germina. Ac primam germinationem fieri ſummo Vere, ſtatim ineunte Thargelione. Secundam intermiſsis diebus circiter* XXX. *aut paulò pluribus circa Scirrophorionem deſinentem. Tertiam poſtea interiecto ferè dierum* XV. *ſpatio emittere: ſexto nimirum aut ſeptimo die Hecatombæonis. Ex his verbis etſi elicere non poſsis quotus ordine ſit Hecatombæon, inde tamen diſcas hos tres ordine ſeſe conſequi, & Thargelionē præcedere Scirrophorionē, & Scirrophorionē præcedere Hecatombæonē. Sanè Plin. hos tres mēſes intel-* Lib.9.c.51. *ligere videtur cùm Aprilem, Maium, Iuniū nominat, ſcribēs piſces plurima ſui parte fœtificare tribus illis menſibus. Nec verò prætereundum eſt quòd hic locus vehemēter* Titulo de interp. menſium. *torſit Gazam, qui in libello de menſibus Atticis diſſentaneum hoc eſſe ſcribit quod Theophraſtus ait,* ἄκρου ἔαρος εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, *id eſt, ſummo ſeu vltimo Vere* (ἄκρου γὰρ ἀντὶ τοῦ ἐσχάτου *.i. ſummum pro vltimo*

mo accipit, quantũ ex ſequentibus illius verbis colligere licet) Si enim, inquit, Thargeliõ eſt ſummum Ver, Solſtitialis haudquaquam eſſe queat Hecatombæon, cùm ſcilicet Scirrophorion inter hunc & illum intercedat, & multò minùs Vernus & AEquinoctialis Munichion. Et certè res dubitatione carere non videtur: quo factum vt aliquãdo crediderim coniunctionem diſiunctiuam ἢ, id eſt, vel, eſſe interponendam & apud Theoph. legi oportere, ἄκρου ἔαρος ἢ εὐθὺς ἰσημερίας, &c. id eſt, ſummo Vere aut inſtante ſtatim Thargelione. Nam ſic ſenſum conſtare & quadrare rationem exiſtimabam: quanquam an ita legendum eſſet, ne audaculus in iudicando & temerarius in emendando viderer, doctis æſtimandum relinquebam. tandiu volens in mea opinione preſtare, dũ quid quis melius. Sed & dum ipſe quoque hîc hæreo, ac interim Plinium conſulo, comperi ipſum hac ipſa de re in hæc verba loqui, Lib. 15. ca. 25. *Et reliquæ quidem arbores, inquit, vt primùm cæpere, continuant germinationem: Robur & Abies & Larix intermittũt tripartitò, ac terna germina edũt: Paulò pòſt, Eſt aũt prima earũ incipiẽte Vere circiter dies* XV, *iterũ germinãt trãſeunte Geminos Sole: & vna linea interpoſita, Tertia eſt earundem ad Solſtitium, breuiſſima nec diutius ſeptenis diebus. Hactenus*

Plin. qui Theophraſti dictionem quodam-modo videtur explicare. Nã quod Theoph. de iiſdem arboribus loquens dicit, ἄκρου ἔαρος εὐθὺς ἱστα. τοῦ Θαρ. Plin. interpretari videtur cùm dicit, Incipiente Vere circiter dies XV. *quod ego interpretor diebus circiter* x v. *à Veris initio. Tum quod Theophraſtus etiã habet* περὶ τὸν Σκιῤῥοφοριῶνα λήγοντα, *Plin. hîc dicit, Trãſeunte Geminos Sole. Nimirũ Scirrophorion Maio vt plurimũ reſpondet. Denique quod ab eodem Theophr. dicitur,* διαλειπούσας περὶ πεντεκαίδεκα ἡμε. ἐπιβαλ. ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμε. Ἑκατομβ. *&c. Plinius item interpretari videtur cùm dicit, Tertia eſt earundem (germinatio) ad Solſtitium, breuiſſima-nec diutius ſeptenis diebus. Nempe Solſtitiũ vt plurimum Hecatombæone contingit, & octẽnii initio Solſtitialis ſemper eſt. Sed nec ex hac interpretatione ſoluitur nodus abs Gaza propoſitus, quomodo ſcilicet Thargelione menſe ſummum Ver. i. extremum (hac enim ſignificatione vt præmonui Gaza ἄκρον vſurpat) contingere poſſit: cùm Scirrophorion menſium Vernalium tertius ſit & vltimus, & quo tandẽ ἄκρον ἔαρ. i. ſummum & vltimum Ver ſit. Sanè cùm & hîc nihilominus etiam hærerem, rem ad amicos detuli, & inter alios D. Riuanum verbi Dei Miniſtrum*

Poly-

Polyhiſtora & trium Linguarum præcipuarum cognitione dotatum, Lugduno huc ad nos ob peſtis ſæuitiam confugere coactum, cõſului: qui vt nodum ſolueret re perpenſa cenſuit pro εὐθὺς ἐγγὺς. i. propè apud Theophr. eſſe legendum. quippe ab hac dictione in illam facilem lapſum eſſe propter literarum affinitatem. In quam opinionem contrà vt ne irẽ faciebat Gaza, quem, vt qui Græcus natione eſſet, & magnorum virorum opibus ſuſtentatus, optimis & emendatiſſ. codicibus vſum fuiſſe veriſimile eſſe iudicabam. & qui εὐθὺς non ἐγγὺς legiſſet. Hoc igitur auctore lectionẽ receptam immutare mihi fuit religio. Iam quod idẽ Riuanus illud ἄκρου ἔαρος ad multum Ver interpretatur, hoc ſenſu, Prima germinatio Abietis Pinus & Roboris fit ad multum Ver. i. Vere multùm iam promoto, nempe circa inſtantem Thargelionem, quo menſe Ver multum eſt ſeu ad medium iam proceſſit, (Vernales enim menſes ſunt Munichion, Thargelion, Scirrophorion) id quidem facit vt ſenſus conuenire, neque ita à ſentẽtia aut Theophraſti aut Ariſtotelis alienus eſſe videatur. Sed in ea perſtiti opinione, vt Theophraſti verba haudquaquam mutata ita interpretenda cenſerem, Prima germinatio Abietis fit primo Vere circa inſtantem Tharge-

lionem. Nam ἄκρον ἔαρ mihi non vltimum, vt Theod. Gaza vult, ſed primũ Ver, ſeu vt Græcè dicã, τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος ſignificat. vt apud Hippocratem Aphor. 18, Comment. 3, qui ſic habet, κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι, &c. i, Quod ad tempora verò pertinet, Vere & prima æſtate pueri & his ætate proximi optimè degunt. In quem locum Gal. hæc habet, προσέθηκε δὲ τῷ ἦρι τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους ὁ Ἱπποκράτης εἰς πλάτος ἐκτείνων τὴν χρείαν ἑκάστου τῶν θεωρημάτων. ἀκριβέστερον δ' ἦν εἰπεῖν, τὰ μὲν μειράκια τοῦ ἦρος, τοὺς δὲ παῖδας ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους ἄριστα διάγειν. i, Adiunxit autem Hippocrates Veri æſtatis initium, latiùs vniuſcuiuſque extendens theorematis vſum: Exactiùs autem & apertiùs dicere poterat, Adoleſcentes Vere, pueri æſtatis principio optimè degũt. Hac auctoritate liquere arbitror ἄκρον, τὴν ἀρχὴν etiam ſignificare: quo ſenſu appoſitiſſimè & pulcherrimè dictũ ſit à Theophraſto primam germinationem Abietis, Roboris & Lar. fieri primo Vere ſtatim ineunte Thargelione. Nam cùm mẽſes Vernales tres ſint, Munichiõ, Thargelion & Scirrophoriõ, ac totus, verbi gratia, Munichion ſit ſummũ .i, primum Ver (ſic.n. ἄκρον interpretor) totus Thargelion, ſecundũ & mediũ: totus Scirrophorion,

phorion, vltimum: non ita tamen exactè toti & integri menſes ſunt primum, medium & vltimum Ver, vt non initia menſium cum fine præcedentium ſymboliſent & illis etiam attribuantur. Nam quemadmodum in ætatib. contingit, vt ſcilicet conſtantis ſeu inclinantis ætatis pars extrema ſenectus etiam appelletur, etſi reuera non ſit: ita & fines menſium interdum principiorum, & cõtrà principia finium nomen accipiũt. nihil ergo abſurdi ſcripſit Theophr, cùm inquit τὴν πεύκην καὶ Ἐλάτην καὶ δρῦν τρεῖς ἀφιέναι βλάστας. τὸν μὲν πρῶτον ἅμα τῷ ἔαρος εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος. *quæ tamen dictio Gazam valde torſit, qui hîc hærens ſcripſit tandem vetuſtiſſimos homines illos nulla ratione nullóq; ordine mẽſibus eſſe vſos & alios aliter annũ eſſe partitos. Verũ .n. intelligere licet Attici anni principiũ, ſeu ſi vis primũ diẽ Hecatõbæonis primi illorũ mẽſis, nõ ſtato ſemper die, ſed ne mẽſe quidẽ occurrere. ſed pro aliis atq; aliis o ctẽnii annis anticipare & in anteriora progrediper* XI. *quotannis dierũ ſpatiũ. Sit, exẽpli gratia, mihi in animo Ephemer. Atticã, vulgo* Almanach *dicunt, cõſtruere in annos 8. Nã apud Atticos annus perfect⁹ eſſe ante decurſos tot annos nõ poterat, cùm nõ niſi reuolutis 8. annis intercalarẽt. Primũ quarã an-*

Gale. 5 ſan. tuen.

num aliquẽ Latinũ qui proximus ſit à Biſſextili. Sit autem pro exẽplo annus M.D.L VII. *Nã præcedens annus* M.D L VI, *Biſſextilis fuit. Sint ergo anni 8.* M.D.LVII, M.D.LVIII, M.D.L IX, LX, LXI, LXII, LXIII. & M.D.LIIII *primi anni huius octennii, ſcz.* M.D.L.VII, *primam nouam Lunam veſtigabo, quæ prima poſt Solſtitium occurrat. Nam ab ea prima Luna noua Attici annum ſuum auſpicãtur. Eo verò anno prædicto nouata Luna conperietur die Iunii* XXVII. *Sic ergo conferam dies inter ſe,*

		Ἑκατομβαιών.
M.D.	XXVII. *Iunij*	*1*
LVII.	XXVIII.	*2*
	XXIX.	*3*
	XXX.	*4*
	I. *Iulij*	*5*
	II.	*6*
	III.	*7*

Hoc ordine & hac via pergere, ſi voles, poteris dum ad anni finem deuenias, ſingulis menſibus, qui duodecim ſunt, aſsignando paribus quidem dies XXIX, *imparibus verò dies* XXX. *& tandem comperies vltimũ huius primi anni diem in Iunii* XV. *recidere, &*

in

in ſumma annum habere tantùm dies 354, dies vndecim minùs quàm annus Solaris habeat. Tot autem dies intercedere inter primum diem huius anni, id eſt, Iunii viceſimũ ſeptimum, & anni totius vltimum, id eſt, decimum quintum eiuſdẽ Iunii cõperies. Iam quod ad principii reliquorum annorum octennii veſtigationem attinet, non eſt quòd ad nouilunium quod primum poſt Solſtitium occurrat, confugias (nam id tantùm in primo anno octennii eſt veſtigandum) ſed pro primo die anni reliquorum annorum ſeptem octennii ſumes eum numerum qui ordine ſequatur anni præcedentis vltimum. Sic hac ratione quia vltimus dies primi anni octẽnii recidit in Iunii XV. *vt dixi, à* XVI. *die eiuſdem Iunii ſecundus annus incipiet, qui & ipſe terminabitur Iunii quarta, & quinta Iunii annum tertium incipiet. Tertii verò anni dies vltimus incidet in* XXIII. *Maii, & quartus annus incipiet à* XXIIII. *eiuſdem Maii. Iam quarti anni vltimus dies incidet in duodecimum Maii: Itáque quinti anni primus dies erit* XIII, *Maii. quinti anni dies vltimus, in primum Maii incurret. Sexti anni primus dies à ſecundo eiuſdem initiũ ſumet, & deſinet in* XX. *Aprilis. Septimus annus à* XXI. *eiuſdem ſumet initium, & termi-*

nabitur octauo Aprilis. Vnde nonus Aprilis initium dabit anno octauo & vltimo octennii, qui & ipſe terminabitur XXVIII, *Martii. Sic totum hîc tibi octennium reuolutũ eſt. Vides aũt ab hac* XXVIII, *Martij ad* XXVII, *Iunij, vnde primum octennij annum auſpicatus ſum, dies nonaginta deficere, eóq; addẽdos eſſe vt annus ad ſua redeat principia & in ſe ſua per veſtigia voluatur. quod vt fieret Attici hîc nonaginta illos deficientes dies in tres menſes diſtribuebãt, qui ſinguli dies 30. capiebant & ſic intercalabant. Nec verò vlli menſi, tres illi menſes attribuebantur, ſed nomine destituebantur niſi quòd primus menſis ſecundus, tertius menſis menſis Embolimus dicebatur: Latinis intercalarius. Conflãtur autem menſes hi Embolimi, ex diebus vndecim ſingulorum annorum octennij quibus octo anni Solares Lunares ſuperant. Græci.n. tantum dierum ſine vllo mẽſis nomine patiebantur abſumi quantum ad id anni tẽpus adduceret quo cæli habitus inſtanti menſi aptus inueniretur. quod etiam Romulum feciſſe teſtatur Macr. lib. 1. Saturn. cap. 13. circa finem: ſed de hoc paulò pòſt in anni Romani ratione. Additis ergo hîc ad finem ſcilicet octennij diebus nonaginta diſtributis in tres menſes æqualiter, annus*

redibit

redibit ad ſua principia nullo die aut deficiente aut ſuperabundante. Ac ſi aliud octennium conſtruere voles, modo antè dicto procedes: Venabere dico pro primo tantùm anno primam nouam Lunam quæ prima poſt Solſtitium ſeu poſt XII. *Iunij contingat, & ab ea primum diem anni Attici auſpicabere. reliquos annos continuata numerorum anni præcedentis cum ſequenti ſerie ſubnectens. vt modò dictum eſt.*

Iam quia ita vagum eſt anni Attici principium vt nonnunquam ex Iunio in Aprilem retrolabatur defectu intercalationis, quæ non niſi octauo quoque anno apud illos fit, quoties auctores aliquid de flore & germinatione plantarum, de ſatu, ſementi & meſſe, & cæteris eiuſmodi quæ ſtato ſemper tempore fieri habeant, ſcribunt: ea referenda ſunt ad tres potiſſimum annos primos octennij, ne quid diſſentaneum ſcribere videantur. Sed ad Hecatombæonem reuertor. cuius meminit Plutarchus in Camillo, Bœoti, inquit, quinto die eius menſis: qui ipſis hippòdromius eſt, Hecatombæon Athenienſibus duas præclariſſimas victorias parauerunt: vnam in Leuctris, alteram ad Geraſtum. Et in Theſeo; Etenim venit, inquit, (Theſeus) Athe-

nas octauo die eius menſis qui Græcis Hecatombæon antè Κρόνιος *.i, Saturnius dictus fuit: & ibidem, Metæcia quoque ſacrũ à mutatis ſedibus ciuium dictum,* X V I. *die Hecatombæonis fecit. Et in vita Alexandri magni Hecatombæonem à Macedonibus Loon vocari tradit. Cælius Rhodig. lib. 10. cap. 6. Hecatombæonem Aprili reſpondere ſcripſit: quod vltimis tantùm annis octennii fieri cõſtructa octẽnali Ephemeride ipſe deprehẽdere poteris: anno verò poſt intercalationem ad ſua principia regreſſo, Hecatombæõ in Iuniũ redit. Eſt .n. Hecatõbæon Solſtitialis menſis.*

2 *M*ETAGEITNION.

Metageitnionem ſecundum eſſe anni Attici menſem & Hecatombæoni in ordine ſuccedere illis ipſis auctoribus quibus Hecatombæonem primum eſſe probauimus, etiam hîc probare poſſumus. Primùm Ariſtoteles de Locuſtis ſcribens inquit, Inter ea quæ cruſta integuntur, oua quæ Locuſtæ coitu conceperũt, tribus vtero mẽſibus gerunt, Scirrophorione, Lib. 5. de nat. Ani. cap. 17. *Hecatõbæone, Metageitnione. Et Theoph. de ſemẽte quæ fit diuerſis temporibus ſic ſcribit,* Lib. 7. c. 1. Ἐπεὶ ἥγε σπορὰ σχεδὸν ἐν τοῖς ἐναντίοις γίνεται. Χειμερινῆ γὰρ ἀρχὴ μετὰ τροπὰς θερινὰς τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνός. καλοῦσι δὲ τοῦτον πρῶτον τὸν ἄροτον· τὸν δὲ δεύτερον πάλιν μετὰ Ἡλίου τροπὰς

χειμερινὰς

χειμερινὰς τοῦ Γαμηλιῶνος μηνὸς, id eſt, Siquidem ſatus ſit contrariis ferè temporibus. Principium enim hyberni, quam primam ſementem appellant, poſt æſtiuum Solſtitiū eſt menſe Metageitnione. At rurſum ſecundi, menſe Gamelione poſt Solſtitium hybernum. Demoſthenes etiam loco ſuprà ex Olynthiaca 3. citato, Metageitnionem ſecundum ab Hecatombæone nominat. vt his auctoribus facilè liceat intelligere hunc ſecundum in ordine menſium Atticorum locum tenere: cuius etiam meminit Plutarchus in Camillo, Cōtrà, inquit, Metageitnion quem Panemum Bœoti dicunt, Græcis inauſpicatus fuit. eius enim die 7. pugna ab Antipatro victi in Cranone protinus perierunt: Et in Nicia, Fuit is dies (quo Nicias captus eſt) 24. Carnij menſis, quem Metageitnionem Athenienſes cognominant. Et in Publicola ſcribit Capitolium dedicatū eſſe εἴδοις Σεπτεμβρίαις, ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα Μεταγειτνιῶνος: vt velit Idus Septembres cum plenilunio Metageitnionis concurrere. credā tamen pro Metageitnionos, Maimacterionos eſſe legendum. Nam Maimacterion propiùs ad Septembrem accedit.

3 Boedromion.

Quod Bœdromion tertius ſit menſis apud

Atticos, liquere arbitror ex iis quæ ex Ariſto tele antè in Metageitnione de Locuſtarum
Lib.5.c.17 de nat. Animal. *partu citauimus. Nam poſtquam dixit illas tribus menſibus Scirrophorione: Hecatõbaone & Metageitnione uterum ferre, ſubdit ſub Arcturum eas oua excludere,* Περὶ Ἀ'ρκτοῦρον τοὺς κοράβους ἐκτίκτειν: *& ab Arcturo abſoluere. Arcturum autem circa Boëdromionem*
De nat. Anim.c.29. libri.6. *oriri ex eo patet quod idem ipſe Ariſtoteles ſcribit, Ceruas ſaliri ab Arcturo menſe Boëdromione. Et Theophraſtus (vt & antè in Hecatombæone diximus) tibialem calamum ante Antigenidem tempeſtiuè cædi ſolitum eſſe ſcribit ſub Arcturo menſe Boëdromione: Liquet etiam ex loco ibidem citato ex Olynthiaca 3, Demoſth. quo loco orator tres hos menſes ordine nominat Hecatombæonẽ Metageitnionẽ & Boedromionẽ. Plutarchus in Camillo, Neq; ſum neſcius, inquit, circa tẽpus id quo Myſteria Athenis celebrãtur, Thebas ab Alex dirutas, & Atheniẽſes præſidiũ Macedonũ accepiſſe circiter x x. Boedromionis. Et paulo pòſt, Rurſus Perſæ mẽſis Boedromionis die 6. in Marath. fæliciter pugnarunt. Et*
InAlexandro. *Luna tum defecit menſe Boëdromione. Et in Theſeo rationem nominis reddit, loquens de Theſei cum Amazonibus pugna, Pugnatum eſt, inquit, mẽſe Boedromione: cuius pugnæ*

gnæ cauſa in hunc vſque diem Athenienſes ſacra Boedromia peragunt, menſiq; inde nomen eſt Boedromiō. Vocabuli origo à clamore ſublato cū ad auxilia accurreretur. Meminit & huius paſſim Demoſthenes, maximè in oratione de Corona, in epiſtola Philippi, vt videre eſt antè in Panemo menſe IIII, Macedonico. Plut. in Demetrio, Ἀλλὰ τὰ μικρὰ Μυστήρια τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο· τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος .i, Parua, inquit, Myſteria, Antheſterione: magna, Boedromione celebrabātur. Gal. l. 4. de ſanit. tuēd. dicit, Maturrimū, inquit, eſt abietis ſemē circa Arcturi ortum, &c. vide quæ antè diximus in Hyper bereteo, in menſibus Macedonicis.

4 MAIMACTERION.

Quod etiam Maimacterion Boëdromionē ſequatur liquet ex præcitato Ariſt. loco de ceruorū coitu cùm inquit, Ἡ δὲ ὀχεία γίνεται μετ' Ἀρκτοῦρον περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. Coitus verò, inquit, fit poſt Arcturum circa Boedromionem & Maimacter: Interpres Auguſtū & Septembrē cōuertit: Idē ſcribens Animalia imbecilliora migrare priùs in campos ad temporum viciſſitudines, ait Cothurnices diſcedere Boedromione, Grues, Maimact. Et certè Grues mēſe vno poſt Cothur. ex frigidis locis ad tepidos & apricos diſcedere Cap. 29. li. 6. de nat. Anim. Lib. 8. cap 12. de nat. Anim.

conſpicimus. Idem etiam auctor Stellarem è Muſtellorum genere coitum inire dicit Maimacterione & bis menſe partum edere: quod contingere ab AEquinoctio Autumnali piſcatores Tarentini aſſeuerant. quod & rationi conſentaneum videatur, cùm pauci piſces, vt idẽ auctor eſt, Autumno pariant. Quòd ſi Stellaris Ariſtoteli Maimacterione parit, piſcatoribus Tarẽtinis AEquinoctio: certè AEquinoctium Autumnale Maimacterione contingere videatur. Aſtipulatur & ratio: Nam cùm annus mẽſibus duodecim cõſtet & integretur: quatuor aũt ſint temporum viciſſitudines, Solſtitia duo & totidem AEquinoctia: fit vt quatuor in duodecim diuiſa, tria dent: vnde colligere licet ſingulas illas quatuor temporum viciſſitudines tertio quoque menſe contingere. Si quis ergo ſcierit Solſtitium æſtiuum Hecatombæone contingere: certè & is quoque ſciet AEquinoctium Autumni, tertio ſimiliter pòſt menſe: vt & ab hoc etiam AEquinoctio Autumni, tertio menſe pòſt, Soſtitium Hyemale ſeu Brumam, & poſt Brumam item tribus menſibus pòſt, AEquinoctium Vernum contingere. quod & antè ex Galeno docui in Artemiſio in anni Macedonici tractatione. Quod autem ad Arctuꝛum attinet quem Ariſtoteles & Theophr.

Lib. 6. ca. 11. de nat. Animal.

locis

locis antè in Boedromione citatis ipſo Boedromione oriri ſcribunt: & confirmat poſt ipſos Theod. Gaza in menſibus Atticis, titulo, Quòd principiũ anni Attici ſit Hecatombæõ: Id quidem verum eſſe deprehendatur in duobus aut tribus primis octennii annis: non item in vltimis quibus longiùs ab intercalatione abſceditur. vt verum ſit quod antè monui, Dicta Auctorum ad tres ferè primos octennii annos eſſe reuocanda, quò nihil diſſentaneum dicere videantur. Cæterum Columella notat Arcturũ oriri XVII, *Calend. Septembris: quod eſt (vt Aſtrologi notant) 28 gradu Virginis, minuto 29. & Sol* XV, *Auguſti in Virginem tranſitum facit. Arcturus tamen Conſtantino Cæſari oritur* XV, *die Septembris. Sic Romanis Arcturi ortus certus eſt quod ad menſem attinet: diebus pluribus, paucioribus. Sed apud eas gentes quæ menſes in duas partes inæquales ſecant, & alterum menſem dierum triginta, alterum viginti nouem efficiunt, dies, imò ne menſes quidem definiri poſſunt quibus aut Æquinoctia aut Solſtitia aut illuſtrium ſyderum exortus fiant. Quemadmodum apud eos fieri poteſt, qui menſes pro ratione Solis numerant. vt & antè ex Galeno docuimus in anni Hebræi præfatione. Cæterum Demoſthenes*

Columella lib.11. c.2.

etiam Maimacterionis meminit multis in locis, quos ego in Hecatombæone citaui. Meminit & Plutarchus his verbis, Οἱ Πλαταιεῖς ὑπεδέξαντο τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι τῶν Ἑλλήνων, ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν καὶ τοῦτο μέχρι νῦν δρῶσι τοῦ Μαιμακτηριῶνος μηνὸς, ὅς ἐστι παρὰ Βοιωτοῖς Ἀλαλκομένιος τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα .i, Plateenſes ſe parentaturos receperant ſingulis annis Græcis illis qui cecidiſſent & occubuiſſent illic: (in expeditione contra Perſas) id quod & in hunc vſque diem faciūt die decima ſexta Maimacterionis, qui Bœotis Alalcomenios dicitur. Hunc menſem nonnulli à Mamacta .i, Ioue, cui eo menſe ſacrificabatur, dictum volunt.

In Ariſtide

Maimacterion.

5 Pyanepsion.

Quotus ordine Pyanepſion ſit, conſtare arbitror ex eo quod Plutarchus ſcribit in Theſeo poſt alia, Συγκομιζομένης ὀπώρας Πυανεψιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου .i, dum vindemia comportatur octauo die Pyanepſionis incipientis. Gaza lib. de menſibus ſcribit hunc videri cōtinere Æquinoctium Autumni potiùs quā Maimacterionē. Ex quibus apparet hūc ordine ſequi Maimacterionem. vt antè in Hecatombæone diximus. Vtrique verò menſi pro alio atque alio octennii anno Æquinoctium Autumni conuenire & vindemiam

compor-

comportari ſolere, potiſſimum Pyanepſione verum eſſe deprehenditur. Plutar. in Iſide de eo ſcribit, & cum Athyr menſe Aegyptio confert, vt antè eo loco docui. In Theſeo Plut. ſic, Sepulto pátre Theſeus votum repræſentauit Apollini ſeptima die menſis Pyanepſionis, qua die in vrbem redierat. Quòd autem coquuntur legumina (hæc πύανα *Græci dicũt, vnde menſi nomen) inde ſumptum ferunt, quòd reduces ciborũ quidquid erat reliquũ commiſcuerũt: ac in vnam ollam coniectum coxerunt, tum ſimul epulati ſunt. Octauo etiam die huius Pyanepſionis quotannis Pyanepſia celebrabantur Athenis in memoriam fœlicis reditus Theſei, qui interfecto Minotauro in Creta & liberatis à difficili tributo Athenienſibus, ac ſecum reducens incolumes Athenienſium liberos obſides datos, tali die vrbem ingreſſus eſt. Idem Plutarchus in vitis Rhetorum: & in Demoſthene his verbis de ipſo loquens,* Κατέστρεψε δ᾽ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσι παρὰ τῇ θεῷ νηστεύουσαι αἱ γυναῖκες: *Obiit, inquit, die Pyanepſionis* XVI. *quo die auſteram admodum Theſmophoriωn diẽ mulieres celebrantes apud Deam ieiunant. Theophraſtus, Pyanepſione arbutum,* κόμαρον *Græci dicũt, flore-* Theophr. lib.3.c.19.

Idē l.4.c.3. *reſcribit, & eodem menſe in AEgypto Prunum: quo loco interpres Gaza Iulium conuertit. Eius etiam meminit Lucianus in notatione temporis, quo & actionem inſtituit aduerſus T, vocalibus iudicibus.*

6 ANTHESTERION

Antheſterion. Nominis huius menſis notatio quam etymologiam dicunt, multis viris doctis negotium exhibuit. Nam cùm nominis ratio declaret eo menſe florum eſſe priuationem & carētiam (ab ἄνθος, *quod florem, & verbo* στερέω, *quod priuo ſignificat, quaſi floribus orbum dicas) non deſunt tamē qui à copia florū, ſed per antiphraſin, Antheſterionem dictum velint: in queis eſt è Græcis auctoribus Iſtrus quidam: ſcribēte Suida in hunc modum,* Ἴστρος δὲ φησὶ κεκλῆσθαι αὐτὸν οὕτω, διὰ τὸ τὰ πλεῖστα τῶν ἐκ γῆς ἀνθεῖν τότε: *id eſt, Iſtrus verò ait hunc (Antheſterionem) ſic dictum eſſe quòd pleraque eorum quæ è terra naſcantur tunc floreant. Et Philoſtratus ſcribit morem fuiſſe Athenienſibus pueros trimos floribus coronari menſe Antheſterione. Quod dictum torſit Theod. Gazam & alios pleroſque: putantes ideo hunc mēſem inter Vernos eſſe numerandum, quaſi etiam media hyems ſuos flores non habeat. E Latinis in ea opinione eſt Macrobius, qui ſcri-* Macr. l.1. Satur.c.8. *bit*

bit menſem Aprilem, propter eas quas enumerauit cauſas, meritò dici credendum eſſe, quaſi Aperilẽ: ſicut & apud Athenienſes, inquit, Antheſterion idem menſis vocatur, ab eo quòd eo tempore cuncta floreſcant. Hunc inſecutus Ioannes Baptiſta Pius adnotationum poſteriorum cap. 65, Thargelionem etiã à quibuſdam Græcorum Antheſterionem à copia florum qui eo mẽſe luxuriant, dictum eſſe adnotauit. Sed illi omnes falſi ſunt. nam re vera Antheſterion Pyanepſionem in ordine ſequitur, & eſt ſextus, vt videre licet in Pyanepſione. Quod verò Philoſtratus de floribus memorat, non ita abſurdum eſt, cùm Septembri (cui vt plurimum Antheſterion reſpondet) multi flores etiam in hortis, vt de repoſitis interim in tecta aduerſus hyemis iniurias taceã, reperiãtur. Eiuſmodi flores eſſe poſſũt, flores roſarũ muſcatarũ, flos calthæ, Leucoi albi, Lutei, Cærulei, flos betonicæ altilis, quẽ ocellos, quòd ſcilicet oculis gratus ſit, vocamus, & ſimiles: quorum florum pars maior etiã in mediis hortis Bruma media, pars etiam mulierum cura & diligentia in hypogæis aſſeruata haberi poteſt. Meminit huius menſis Plutarchus in Sylla, his verbis de Sylla loquens, Captas Athenas à ſe ipſemet in Commentariis ait Calendis Martiis, qui dies

Locus Plutarchi

inquit, ferè in nouilunium Antheſterionis menſis incidit. quo loco fortaſſe Thargelionis legendum eſt: & in Arato, vt antè in Dæſio diximus. Demoſthenes item in Corona, & paſsim. Ptolemeus eum Ianuario confert: malè Suidas hunc octauum eſſe ſcribit, ſi ſanus eſt apud eum locus. Thucyd. lib. 2. hiſtor. duodecimo die Antheſterionis Dionyſia antiquorum Athenis celebrata fuiſſe ſcribit: vbi enumerans templa Athenarum arci propinquiora ſubdit, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. *Et Suidas in dictione Choës confirmat: Choës, inquit, feſtum erat apud Athenienſes celebratum* X I I. *Antheſter. Apollodorus ait Antheſteria generatim vocari totum feſtum Dionyſio celebratum, particulatim verò Pithegia, Choas, & Chytram. Quòd autem hoc menſe Myſteria parua celebrarentur, antè ex Plutarcho oſtendimus in Boedromione.*

7 Posideon.

Poſideonem ſeptimum eſſe ab Hecatombæone, inde liquet quòd eo menſe Bruma ſeu Solſtitium Hyemale contingat. Solſtitia autem ſenis menſibus vt & Æquinoctia inter ſe diſtinguuntur. Liquet & ex Ariſt. ſcribente Lib. 5. c. 9. nat. hiſt. *hunc in modum,* Ἡ δὲ θυννὶς ἅπαξ τίκτει. Ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ μὲν πρώϊα τὰ δὲ ὄψια προΐεσθαι, δὶς δοκεῖ

δοκεῖ τίκτειν. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρότερος τόκος περὶ τὸν Ποσιδεῶνα πρὸ τῶν τροπῶν. ὁ δὲ ὕστερος τοῦ ἔαρος: *quod eſt, Thynnus ſemel parit, ſed cùm fœtus alios citiùs alios tardiùs edat, bis videtur parere. Edit autem priorem partum ante Brumam circa Poſideonem: poſteriorem Vere. Liquet etiam ex eo quod idem auctor de Mugilibus ſcribens ait,* Ἄρχονται δὲ τίκτειν τῶν Li. 6. c. 17. nat. hiſt.
κεστρέων οἱ μὲν χέλωνες τοῦ Ποσιδεῶνος. *i, Parere verò incipiũt ex Mugilibus labeones menſe Poſideone, &c. quanquam de his piſcib⁹ idẽ auctor* Lib. 5. c. 11.
aliter ſcribat cùm dicit Thynnũ parere æſtate menſe Iunio circa Solſtitium, graueſcere menſe Decembri, id eſt, Hecatõbæone & Poſideone. Quin & Alcyon quæ Ariſtoteli Lib. 5. c. 8.
circa Brumam parit Poſideonis auis, quaſi Decembriam dicas, à quodam dicta eſt quòd eo menſe pariat. Huc accedit quòd Plutarch. in Cæſare hæc habet, Cæſar ſexcentis deletis Equitibus & quinque Legionibus circa Brumam atque Ianuarij initium (quem menſem Athenienſes videntur Poſideonem appellare) mari ſe commiſit, &c. Ex quibus omnibus auctoritatibus apparet Poſideonẽ Solſtitialẽ eſſe & ſeptimũ in ordine menſiũ Atticorũ locũ tenere. Suidas, Ποσιδεών, *inquit,* μὴν παρὰ Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος, ὁ Δεκέμβριος. *i, Poſideon menſis eſt*

Athenienſibus ita dictus, December.

8 GAMELION.

Quòd Gamelion Poſideonẽ ordine ſequatur, ac proinde octauum in ordine menſium Att. locum occupet, liquere ſatis arbitror ex iis quæ antè ex Theophr. in Metageitnione diximus. docentes ſecundam ſementẽ menſe Gamelione poſt Solſtitiũ hybernum fieri ſolere. Inde enim conſtat Gamelionem primum eſſe à Bruma ſeu hyemali Solſtitio menſem. Hunc Lenconem nonnulli ab Heſiodo dictũ notant. Gamelionis meminit Ariſtot. primo metheor. cap. 6: cùm ſcribit, Apud Athenienſes Eucle Molonis filio Archonte ortam eſſe crinitam ſtellam menſe Gamelione cùm Sol in Brumæ Solſtitio eſſet: interpres alius Octobrem non ſatis aptè conuertit, alius Ianuarium, aptiùs.

9 ELAPHEBOLION.

Iam verò quòd Elaphebolion ſequatur Gamelionem, ſitq́ue Elaphebolion inquam nouiſſimus & vltimus menſium hyemalium, liquere arbitror ex eo quod Thucydides loquens de concionibus pacis initæ inter Athenienſes & Lacedemonios in annos quinquaginta, ſcripſit, Pacem factã fuiſſe Lacedemone Archonte Pliſtola Ephoro diebus 4, ante finem Artemiſii: Athenis

Lib. 5. hiſt.

thenis Alcæo Archonte.ſexto die Elaphebolionis deſinẽtis σπονδὰς γενέσθαι φησὶν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀλκαίου Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος. *Ea ipſa fœdera inita eſſe*, τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι γενέσθαι. *i, ſub hyemis finem & Vere ineunte. quod & ipſe etiam auctor dixit de pace inter* Li.4.hiſt. *eoſdem inita anno belli octauo, nempe* τετράδι ἐπὶ δέκα τοῦ Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ὁμολογεῖσθαι. *i, decimo quarto Elaphebolionis confirmatã fuiſſe. hoc tamẽ loco neq; hyemen neq; Ver nominat vt in ſuperiore exẽplo. quã quam id habet Gaza emendatiore fortè codice vſus quã vſi ſint Claudius Epiſcopus Maſſilienſis pòſt Thurinorũ Archiepiſcopus, Gallicus Thucydid. interpres & Frãciſcus Strozza Florẽtinus interpres Italicus, cum quibus hæc loca contuli. Sed & Elaphebolionem eſſe nouiſſimum hyemalium menſem teſtatur etiam Ariſtot. dum ſcribit, vrſam menſe Ela-* Lib.6.ca. 30. *phebolione coire ac vterum diebus* XXX. *ferre: parere verò eo tempore quo latet.* Ὅταν δ' ἐκθρέψῃ τρίτῳ μηνὶ ἐκβαίνει ἤδη τοῦ ἔαρος. *cũ verò prolem enutrierit, tertio demum menſe Veris exire. quod & idem repetit lib.8.c.17, Parit, inquit, etiam fœmina (vrſa) eo tẽpore (quo latet) & tandiu latet quoad tempus ſit vt ſuos catulos in apertum producat: quod*

Verno tempore menſe à Bruma tertio, facit. Ex his apparet Elaphebolionem tertium & vltimum eſſe hyemalium menſiū: cùm vrſa dū latet pariat. Latere autē ipſam certum eſt hyeme: ſicut & pleraque terreſtria quæ propter frigus ſolent deliteſcere. Elaphebolionis meminit etiam Demoſthenes in oratione de Corona. Vide quæ antè in Artemiſio ſecundo menſe Macedonico diximus: & item quæ in Hecatombæone. AEſchines in oratione κατὰ Κτησιφῶντος *dicit Demoſtenem tempora ciuitatis ſuffurantem decretum ſcripſiſſe vt prytaneis concionem conuocarent octaua incipientis Elaphebolionis menſis, cùm ſacra fierent AEſculapio.*

10 MVNICHION.

Munichionem Elapheboliono ſuccedere, ipſoque AEquinoctium Vernum contingere ex iis quæ Theophraſtus locis ſupracitatis de

Lib.7.c.1. *ſemēte dixit cuiuis patere poteſt. Nam ſic de tertia ſemente loquens ſcribit,* Ἀρχὴ τοῦ τρίτου ἀρότου ἀπὸ ἰσημερίας ἐαρινῆς ὃν καλοῦσι θερινὸν, ἐστὶ Μουνιχιῶνος. *i, principium tertii ſatus ab AEquinoctio Verno, quem AEſtiuum vocant, Munichione contingit. Idem confirmat*

Cap 11. l.5. hist. Anim. *Ariſtoteles dum ſcribit plurimos piſces circa AEquinoctium parere ac plurima parte tribus his menſibus Munichione, Thargelione.*

ne, Scirrophorione. Interpres Martio, Aprili, Maio cõuertit. ſicuti & Plin. Et verò Demoſt. Lib.9.c.51 *& ſi non expreſſè tacitè tamen innuit Munichionem Elapheboliòni ſuccedere, cùm in oratione de ementita legatione ait,* Ἡ μὲν τοίνυν εἰρήνη Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγίγνετο. Ἀπεδημήσαμεν δ' ἡμεῖς ἐπὶ τοὺς ὅρκους τρεῖς ὅλους μῆνας. καὶ τοῦτον ἅπαντα τὸν χρόνον ἦσαν οἱ φωκεῖς σῶοι· ἥκομεν δ' ἀπὸ τῆς πρεσβείας τῆς ἐπὶ τοὺς ὅρκους τρίτῃ ἐπὶ δέκα Σκιρροφοριῶνος. *i, Pax Elaphebolionis 16. die facta eſt: porrò nos ad iuſiurãdum recipiendum tres integros menſes abfuimus. Idque totum tempus ſalui fuerunt Phocenſes: rediimus verò ab ea legatione nobis ad iuſiurandum recipiendum impoſita,* XIII, *die Scirrophorionis: menſem ſcilicet Munichionem, vt de Thargelione taceam, tacitè inter Elaphebolionem & Scirrophorionem intercedere innuẽs. AEſchines etiam in defenſione falſæ legationis ſatis oſtendit Munichionem Elapheboliòni ſuccedere. Nã cùm dixiſſet epiſtolam ſcriptam eſſe à Charete ſexta Elaphebolionis deſinentis, ſubintulit, Auditis, inquit, rogationem in populo ſcitam fuiſſe die tertio Munichionis inſtantis.* Ἀκούετε ὅτι Μουνιχιῶνος ἐψηφίσθη τρίτῃ ἱσταμένου, *& cætera. His auctoribus apparet Munichionem in ordine Elapheboliòni*

ſuccedere. Varinus, Μουνιχιὼν ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. *i, Munichion decimus menſis apud Athenienſes. Idem habet Suidas: apud quem tamen malè legitur* δεύτερος *pro* δέκατος. *Hoc verò menſe Panathenea celebrabantur.*

11 THARGELION.

DE ordine Thargelionis nemo dubitauerit qui ea quæ mox in Munichione diximus meminerit. Tres enim mēſes Vernos enume-
Cap.11.li. 5.hiſt.Ani. *rat Ariſt. quibus piſces vt plurimum pariāt, Munichionem, Thargelionem, Scirrophorionem.*
Cap.21.li. 6.hiſt. *Et alibi ſcribit bobus initium coitus eſſe Thargelione & Scirrophorione plurimus.*
Lib 9.c.9. *Ceruos præterea cornua amittere menſe Thargel. Id verò menſe Veris ſecūdo euenire conſpicimus. Plutarchus in Sympoſiacis,* Ἕκτῃ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους ἀγάγοντες γενέθλιον τῇ ἑβδόμῃ τὴν Πλάτωνος ἄγομεν. *i, Sexta Thargelionis incipientis Socratis natales celebrantes, ſeptima Platonis etiam natales celebramus: quod & notat Diogenes Laer. libro tertio, initio in Platone. Et lib. 2. in Socratis vita circa finem ſcribit Socratem natum anno 4. Olympiadis 77. Thargelionis menſis ſexto die: quo die luſtrant, inquit, Athenienſes ciuitatem. Plutarchus in Camillo hunc menſem inter nefaſtos numerat*

rat: Etiam Thargelion, inquit, apertè infælix Barbaris fuit. eo enim menſe Alexander ad Granicum regis duces ſuperauit, eiuſque mē-ſis XXVII, *Chartaginenſes à Timoleonte apud Siciliam victi ſunt. Circa eundémque diem Troia capta cenſetur, vt eſt ab Ephoro, Caliſthene, Damaſte & Plytarcho traditum. Et Dion. Halicar. ſcribit Troiam captā fuiſſe ſub finē Veris diebus 17. ante Solſtitiū æſtiuū* XXIII, *die menſis Thargelionis, vt quidem Athenienſes ſolent ſupputare.* Τὸ Ἴλιον, *inquit,* ἥλω τελευτῶντος τοῦ ἔαρος ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς. *Sanè hoc in loco credam hoc nomen menſis ſuppoſititium eſſe & pro* Θαργηλιῶνος *reponendum* Σκιῤῥοφοριῶνος. *Nam cùm Scirrophorion inter Thargelionem & Hecatombæonem medius intercedat, Hecatombæone autem ferè ſemper Solſtitium, Scirrophorione verò nunquam contingat, fit vt Troia Thargelione capi non potuerit, & ſimul diebus ſeptemdecim ante Solſtitium. quod tamen commodè Scirrophorione fieri poteſt: vt iudicabis, ſi Ephemeridem, eo quo docui modo, conſtruere voles. Sanè facile eſt in menſium nominibus hallucinari & nomen vnius pro nomine alterius vſurpare, præſertim auctori res alias agenti, aut a-*

liàs properanti: vt etiam ſcriba in tranſcribē-do nihil immutarit, aut verò calchographus fidelis fuerit. Certè apud Plutarchū mēdum eſſe ac Metageitnionem pro Maimacterione poſitum fuiſſe antè in Maimacterione oſtendimus.

12 SCHIRROPHORION.

Schirrophorion vel Scirrophorion, vtroq; enim modo ſcriptum reperio, menſis Atticorum eſt duodecimus & vltimus. docente Suida, Σκιῤῥοφοριὼν, *inquit,* μὴν Ἀθηναίων δωδέκατος. *Id verum eſſe deprehendi poteſt ex his quæ antè ex Theophraſti lib. 4. cap. 11. in Hecatombæone de cæſura tibialis harūdinis diximus. Ex his enim apparet ipſum Scirrophorionem Solſtitio proximum eſſe & Hecatombæonem præcedere. eóque etiam annum terminare: patet etiam nihilominus & ex his quæ de pinu abiete & robore intermittentibus germinationē ex Theophraſto etiā antè diximus in ipſo Hecatombæone. Liquet etiam ex eo quod antè ex Ariſtotele de locuſtis citauimus: quas tribus his menſibus, Scirrophorione, Hecatombæone, & Metageitnione idem auctor oua coitu concepta vtero gerere ait. Item & Æſchines in orat. contra Cteſipho. dicit decretum eſſe die Thargelionis*

penultimo

penultimo vt comitia haberẽtur ineũtis Scirrophorionis ſecũdo die vel tertio. Sic habet eo loco AEſch. Ἐπὶ γὰρ χαιρώνδου ἄρχοντος Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἐκκλησίας οὔσης ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν Σκιῤῥοφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου καὶ τρίτῃ, *&c. Quinetiam & ex Demoſth.* κατὰ Μειδίου *intelligere licet Scirrophorionem Thargelionem ſubſequi ex eo quod orator dixit Midiã obſeruato arbitrorũ die vltimo, qui vltimo die Thargelionis cõtingeret, aut veri Scirrophorionis, perſuaſiſſe Cõſuli vt ſententiã de re cõtrouerſa ferret, & Stratonem arbitrum loco moueret, ignominiáq; notaret, Nempe menſium affinitate & propinquitate (Thargelion enim proximum habet Scirrophorionem) dicere non potuit pro vero orator, orationis curſu abreptus, vtrius menſis vltimo die arbitrium finiretur.*

Hactenus de XII, menſibus Atticorum.

Anni Attici ratio et eiuſdem cum Romano collatio.

ATTICI à Meridie primi diei Hecatombæonis annum ſuum auſpicabantur. Hecatombæonem autem à prima Luna noua quæ proximè Solſtitium (Id olim viceſimo quinto Iunii, noſtris tẽporibus circa duodecimum eiuſdem contingit) ſequebatur, inchoare oportet: ſicut antè ex Platone comprobauimus. Primus verò annus vnde Græci annos numerare inceperũt, primus eſt primæ Olympiadis annus, qui fuit ab orbe condito, ex vera doctorũ ſupputatione, ter milleſimus centeſimus octogeſimus octauus, ante Chriſtum natum annis ſeptingentis ſeptuaginta duobus. Nam Chriſtus natus eſt anno mundi 3 9 6 0. anno primo ferè dimidio, id eſt, Olympiadis 66. anno tertio. Iam ſi addideris prædictos 7 7 2, annos ad annos Chriſti 1 5 6 4, & (vt intelligas quotus iſte annus Chriſti 1 5 6 4, ſit annus octennii Attici) totam ſummam per octo diuiſeris, ex diuiſa

ſumma

ſumma nihil reſtare comperies: vnde colliges annum prædictum M.D.LXIIII. *vltimum eſſe totius octennii annum eóque Embolimũ. Simili ratione ſi prædictos illos ſeptingentos ſeptuaginta duos annos ad annum Chriſti hodiernum* M.D.LXX. *addideris, conſurget ſumma annorũ 2342: quã ſummã ſi per octo diuiſeris, ſex reſtare comperies: vnde colliges annũ præſentẽ* M.D.LXX. *6. anno octẽnij Attici reſpõdere. Porrò verò Attici menſibus imparibus dies* XXX. *paribus, vt dictũ eſt,* XXIX *attribuebant, ac demum annis octo elapſis tres menſes dierum ſingulos tricenûm interſerebãt, tum vt annus ad ſua rediret principia, tum ne Solſtitia & AEquinoctia retrolaberentur plus iuſto in antecedentia. Sciendum verò eſt fuiſſe quoque tempus cùm olim Græci tertio quoque anno intercalarent: vt conſtare poteſt ex his quæ antè in præfatione anni AEgyptiaci initio ex Herodoto Halicar. citauimus. Ac quanuis Herodotus eo loco numerum dierum menſis intercalarii ſubticeat, tamẽ ex eo quod ſcimus annum Lunarem Solari eſſe diebus* XI. *curtiorem, inde facile coniicere eſt, menſem intercalarium dierum* XXXIII. *eſſe oportere, vt annus Lunaris in Solaris rationem reuertatur. Nam ter vndecim* XXXIII, *pariũt. Et ſanè auctor Ar-* Libanius.

gumenti orationis Demoſthenis in Androtionem ſatis id explicat his verbis, Ἰστέον ὅτι οὐκ ἐψήφιζον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς μῆνας κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν σεληνιακόν. κατὰ γὰρ τὸν ἡλιακὸν ἔχει ὁ ἐνιαυτὸς ἡμέρας τριακοσίας ἑξήκοντα πέντε. ὥστε συμβαίνει ἔχειν τὸν μῆνα ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον. Δεκάκις γὰρ τριάκοντα, τριακόσια: Δὶς τριάκοντα, ἑξήκοντα. λοιπὰ πέντε. τὸ τρίτον τῶν δώδεκα, τέσσαρα: λοίπη μία. Δωδέκατον δὲ τῆς μιᾶς * δύω ὧραι ἐστίν. κατὰ δὲ τὸν σεληνιακὸν δρόμον ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὥστε συμβαίνειν τὸν μῆνα ἔχειν ἡμέρας εἴκοσιν ἐννέα ἥμισυ. Δεκάκις γὰρ εἴκοσι, διακόσια. Δὶς εἴκοσι τεσσαράκοντα. Δεκάκις ἐννέα, ἐνενήκοντα. Δὶς ἐννέα, δεκαοκτώ. καὶ τὸ ἥμισυ τῶν δώδεκα, ἕξ. ὥστε ὁμοῦ εἶναι ἡμέρας τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας. ὑπολείπεσθαι δὲ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον ἡμέρας ἕνδεκα. ἃς Ἀθηναῖοι κατὰ τριετίαν συνάγοντες ἐποίουν τὸν Ἐμβόλιμον μῆνα τριάκοντα τριῶν ἡμερῶν, *quæ verba Latinè ſic ſonant. Scilicet Athenienſes mēſium rationem non ex curſu Solis vt nos, ſed ex curſu Lunæ iniuiſſe. Nam curſus Solaris habita ratione annus habet dies trecentos ſexaginta quinque: ſecundum quam rationem menſis habet dies* XXX. *& trientem. Decies enim triginta, trecentos pariunt: Bis triginta, ſexaginta. Reliqui*

Malè in impreſsis cod. legitur δώδεκα.

qui

qui ſunt quinque. At tertia pars ſeu triens duodecim, ſunt quatuor: Reliquus eſt dies vnus: duodecima verò pars vnius diei duæ horæ ſunt. Ad curſum verò Lunæ annus habet dies 354: quo fit vt mēſis quilibet diebus cōſtet* XXIX, *& ſemiſſe. Nam decies viginti, ducētos pariūt: Bis viginti, quadraginta: Decies nouē, nonaginta: Bis nouē, decē & octo. dimidia pars duodecim ſunt ſex: vt in ſumma dies ſint 354. curſu Solari ſumma breuiore dieb⁹ 11. quos Athenieſes poſt tertiū quēq; annū aceruātes mēſem ex illis Embolimū dierū triginta triū conflabāt. Hæc in orationem Demoſth. prædictā Libanius. Cæterum menſes impares, vt Galenus ait, vulgus πλήρεις. i, Plenos: pares verò κυλλοὺς. i, cauos ſeu mutilos ſolet appellare. Quin illi qui pleni dicuntur & tricenarij ſunt, à denario dierū ſupra viginti, numero, Δεκαφθινοὶ qui vigenouenarij ſunt ſeu κυλλοὶ à noueno dierū ſupra* XX, *numero ἐναφθινοὶ nominātur. Porro verò de hac triū menſiū tricenariorū in fine cuiuſq; octēnij, vt modo dixi, intercalandi ratione Macr. plur. loquitur: cuius verba, quia pòſt in anni Rom tractatione citare & explicare cōſtitui, hic aſcribere ſuperſedebo. Monebo tamē interī Calliſtū Niceph. in Eccl. hiſt. eā etiā ad finē cuiuſq; octēnij intercalādi rationē appro-*

*Malè legitur in impreſsis *duodecim.*

Lib. 3. cap. 4. de dieb⁹ Decret.

1. Sat. c. 15.

Lib. 12. ca. 32.

bare, ſcribens Lunam per octennium cum Sole conuenire & ambo initium nouum ſumere. Octennales item Lunæ curſus nonaginta & nouem menſibus perfici: Diebus autem bis mille nõgentis viginti duobus, quibus etiam Sol octonos abſoluat curſus. Ita vt annus quilibet eſſe cenſeatur dierum trecentorum ſexaginta quinque & quartæ vnius diei partis. Idem teſtari videtur Plinius qui de æſtu maris loquens, Per octonos, inquit, quoque annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo Lunæ reuocãtur ambitu. quod Plinii dictum de cẽteſimo curſu incipiente intelligendum venit, & de nonageſimo, vt Nicephorus dixit, deſinente. Sanè ab hac intercalandi ratione non admodũ diuerſa erat Numæ Pompilii ratio, qui vt eſt apud Liuiũ lib. 1 primæ decadis ab vr. cond. omnium primũ ad Lunæ curſum in duodecim menſes deſcribit annum: quem (quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno qui Solſtitiali circumagitur orbe) intercalares menſibus interponendo ita diſpenſauit, vt viceſimo quoque quarto anno ad metam eandem Solis vnde orſi eſſent, plenis annorum ſpatiis dies congruerent. Ex his enim verbis alioqui obſcuris, intelligere licet Numam Pompilium octauo quoque anno

Dictio *Quoque* malè in impreſsis codicibus omiſſa eſt. Lib 2. cap. 99. & lib. 18. cap. 25.

primum

primum dies nonaginta Græcorum more intercalauiſſe: Sed quia ipſe diem vnum in honorem imparis numeri, ſuperſtitione potiùs Pythagorica quàm vlla Aſtrologica ratione, Ianuario (ad cuius dies viginti octo adiecit vnum diem, vt in totum, teſte Macrobio, diebus XXIX, *conſtaret) addiderat: nec eius additi̇tii diei tum ſibi ratione habendam putauerat: dies octo ad octennii finem ſupereſſe comperiebantur, quibus octo anni Numæ totidem Græcos annos excedebant, eóque numerus atque ordo anni Græci cum Romano conuenire non poterat. Sed hic error tandem deprehenſus ſic eſt emendatus, vt primo & ſecundo octenniis dies quidem nonaginta intercalarentur: Tertio verò octennio, ſeu ſi vis, viceſimo quoque quarto anno ſexaginta ſex tãtùm, ac non nonaginta intercalarẽtur: ſeu vt de diebus nonaginta qui in fine tertii octennii intercalari de more ſolito debebant dies* XXIIII. *ſubtraherentur, pro illis totidẽ diebus qui ſinguli, vt dictum eſt, in honorem imparis numeri annis ſingulis Ianuario per Numam additi in dies* XXIIII. *annis totidem accreuerant, & quibus annus Numæ Græcum excedebat. Hunc Liuij locum eo pluribus mihi explicandum putaui, & quòd paulò obſcuriùs à Macrobio eſſet explicatus,* Lib. I. Sat. cap. 15.

& quòd quamplúrimis ipſum negotium faceſſere intelligerem. Cæterum diagramma hîc tibi tabellæ octennalis aſcribere volui, vt ſimili via ſimiles in annos infinitos poßis conſtruere. Huius autem tabellæ ſeptem primi anni communes ſunt Atticis: octauus quiſque tantũ Embolimus: vt & quartus quiſque Romanis Biſſextilis. Qua autem via deprehendere poßis vnde primum annum octẽnii auſpicari poßis, aut venari quotus quiſque annus Domini propoſitus, quoto anno octẽnii reſpõdeat, paulò antè docuimus: & diximus idcõmodè fieri poſſe addendo 772, annos ad annũ currentẽ, verbi gratia ad annũ 1570, & conſurget ſumma annorum 2342, quæ venit per octo diuidẽda. Quod autẽ reſtat oſtendit tibi quotus anni Chriſti propoſitus, quoto anno octennii Attici reſpõdeat: vt quia ex propoſita ſumma per octo diuiſa ſex reſtant, elicimus annum 1570 anno ſexto octennii reſpondere, atque ita annum 1572. vltimum octennij futurum. vt abs prima Luna noua quæ proximè Solſtitium ſequatur anni 1573. commodè poßis aliud octennium conſtruere. Sed en tibi diagramma octennalis tabellæ.

Tabella octennalis.

1557.	*1565.*	
		1558.

1558.		*1566.*
1559.		*1567.*
1560.	--Biſſextilis Romanis.--	*1568.*
1561.		*1569.*
1562.		*1570.*
1563.		*1571.*
1564.	--Biſſextilis Romanis.--	*1572.*

IN fine cuiuſque octennij vt ad finem 1564, & 1572, intercalabant menſes tres ſingulos tricenûm dierum: ſic annus redibat ad eandem metam vnde incepiſſet.

Hæc verò intercalandi in fine octaui cuiuſque anni ratio in media etiam Græcia magnos viros latuit, vnde factum vt cùm de anni Græci ratione & menſium eius cum noſtris collatione verba facerent, Andabatarũ pugnantium more clauſis non oculis pugnarent, ſed cæca mẽte diſputarent. Quà autem ratione fiat vt annus Solaris Lunarem diebus XI. *excedat, Seuerianus Græcus auctor lepido cemmento ſic apud Angelum Politi. miſcella. centuria prima, capite nonageſimo quarto declarat his verbis, Solem factum eſſe à Deo primitus & Lunam Legifer Hebræus prodit, quarta mox vt orbem inchoauerat die, qui tamen quoniam alterum diei, nocti alteram præfeciſſet,*

etiam illum in Orientis credi poteſt, hanc in Occidentis poſuiſſe confinio. Nec autem debuit, quemadmodum quidam hîc opinãtur, ſic à principio ſtatim Lunam fingere Deus vt detrimento affecta, vt decerpta, vt gracileſcens, vt diſcriminata, vt diluta, vt inanis, vt exhauſta foret lumine, qualem nunc eã eſſe vel naſcentem vel intermenſtruam vel ſeneſcentem, vel in coitu, vel in ipſo quoque deliquio videmus. Quin orbe pleno potiùs integróq; circulata, nõ gibboſa, nõ prætumida, nõ ſinuata, nõ corniculãs, nõ diuidua, nõ ſilens. Etenim dein iſta multiformitas tẽporum erat & noctium & dierum velut interuallaris & diſcriminatrix futura. Quocirca edito recẽs & matutinos ingrediente carceres Sole, Luna prorſus è regione metam finitoris radebat occiduam, munifex tum primũ orbis & in ſuo quaſi dixerim tyrocinio: Sed vt ad Occidentem Sol ipſe circumactus eſt, etiam inuicẽ peruecta Luna ſuo curriculo eſt ad Orientis collimitium. Sic igitur audiẽtes dicto diei pariter præfuerunt noctíque. Cur autem non ſe tum potiùs quartæ Lunæ facies exhibuerit quota eſt edita die? Quoniam ſummum, inquit, Luna quarta tenere Occidentis limitẽ nequiuiſſet, ita rotundata ſpecie plenóque prorſus ore quintamdecimam

pro

pro quarta exhibens, vndecim ſibi dies velut arrogauerat, ac totidem planè diebus Luna Solem natura præuertit. Ex quo fit vt etiam Soli iure dies illos XI, *Luna quaſi bonafide reſtituat. Nam cùm ſit vndetriginta & ſemiſſis dierum menſtruus Lunæ calculus, diſſultat hinc numerus duodecim menſium annarius, è diebus omninò trecentis quinquaginta quatuor: quæ ſumma vndecim illos ſibi agglutinans, quos à primordio Luna ſicut auctarium præſumpſerat, annum conſtituit hunc Solarem trecentorum ſexaginta quinque dierum. Hæc apud Politianum loco prædicto Seuerianus Græcus auctor de his* XI. *diebus quibus annus Lunaris Solari curtior eſt.*

Sciendum quin'etiam eſt Græcos menſem quemlibet in tres decadas diſtribuere ſolitos fuiſſe. quarum primam decadam, μηνὸς ἱσταμένου*: Secundam,* μηνὸς μεσοῦντος*: Tertiam,* μηνὸς φθίνοντος *exprimebant: quaſi dicas decade menſis inſtantis, decade menſis medii, & decade menſis deſinentis. Deinde primæ decadis primum diem* Νουμηνίαν, *ſecundũ* δευτέραν ἱσταμένου, *tertiũ* Τρίτην ἱσταμένου, *& ſic deinceps vſq; ad* δεκάτην ἱσταμένου. *Rurſus ſecundæ decadis primum diem,* πρώτην ἐπὶ δέκα μεσοῦντος*: Secundum,* δευτέραν ἐπὶ δέκα μεσοῦντος, *& ſic deinceps vſque*

ad ἐικάδα ſeu εἰκοστήν.i, viceſimum. Tum tertiæ decadis primum diem πρώτην ἐπὶ εἰκάδι vel πρώτην μετ' εἰκάδα.i, Primã poſt viceſimam, ſecundã, tertiã ſupra viceſimã, &c. vocabãt: Vel etiam primum diem tertiæ decadis inſtituto Solonis, vt ferunt, δεκάτην φθίνοντος, ſecũdum ἐννάτην φθίνοντος, &c. id eſt, decimã deſinẽtis, nonã, octauam, ſeptimã deſinentis: & vſque ad vltimum eodem modo imminuendo numeros. Vltimus autẽ dies menſis ἕνη καὶ νέα dicitur Polluci lib. 1. c. 7. Suidas ἕνη καὶ νέα ἡ τριακὰς καλουμένη. Ἕνον γὰρ τὸ παλαιόν. Ἐκ τοῦ ἕνου γὰρ καὶ νέον. Et paulò pòſt. Ἕνη, inquit, καὶ νέα. οὕτω παρ' Ἀθηναίοις ἡ παρ' ἡμῖν τριακάς, ἡ Νουμηνία. Ἐπειδὴ συμβαίνει ἐν αὐταῖς καὶ λήγειν τὴν Σελήνην καὶ ἄρχεσθαι. Ἕνη καὶ νέα, inquit, triceſima dies mẽſis vocata eſt: nã ἕνον vetus & antiquum ſignificat. ex dictione autẽ ἕνου fit νέον, & ex veteri nouũ. Et paulò pòſt, Ἕνη καὶ νέα ſic Athenienſibus dicitur quæ nobis eſt triceſima aut Neomenia. Nã iiſdẽ diebus Lunam & deſinere & nouari contingit. Hactenus Suidas, qui male Neomeniã cum Ἕνη καὶ νέα confundit. Auctor argumenti orationis Demoſt. περὶ στεφάνου τῆς τριηραρχίας .i, de corona præfecturæ naualis de Ἕνη καὶ νέα ſic loquitur poſt alia, τὸν δὲ μὴν περὶ τῆς ἕνης καὶ νέας, ἥτις ἐστὶν ἡ τελευταία τοῦ μηνὸς, περιορμίσαντα

εἰσορμίσαντα τὴν ναῦν ἐπὶ τὸ χῶμα, δεθῆναι. id eſt, qui autem antè ἕνην καὶ νέαν, *quæ quidē vltima menſis eſt, nauem ad vallum nō perduxerit, in vincula coniiciatur. Plutarch. in Solone, Porrò autem Solon cōſpicatus menſis rationem malè conſtare, motúmque Lunæ neque cum Oriente neque cum Occidente Sole concurrere, vt quæ ſæpe eodē die Luna Solem & aſſequeretur & præuerteret, eam ipſam diem* ἕνην καὶ νέαν *(quaſi veterem & nouam diceret) vocauit: partem eius quæ eſſet prior coitu Solis & Lunæ, menſi iam deſinenti: reliquam ineunti attribuēs. Primus enim intellexiſſe videtur Homeri hunc verſum.*

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ᾽ ἱσταμένοιο *.i,* Ὀδυσ. Ξ. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 19.

Iam ceſſante alio menſe atque alio incipiente.

Sequentem diem Νουμηνίαν *.i, Nouilunium appellauit. poſt viceſimum diem numero dierum nihil iam addidit, ſed ſubinde detrahendo (quemadmodum & de lumine Lunæ videbat diminutionem ſenſim fieri) vſque ad triceſimum diem numerauit. Hæc Plutarchus. Sanè Sotion, vt auctor eſt Conſtantinus Cæſar lib. 1, De Agricultura cap. 13, dies illunes appellauit eos qui ſunt à viceſimo nono ad ſecundam nouam. Id tempus alij coitum, vt inquit Plinius, alij interlunium, alij ſilē-* Lib. 16. cap. 39.

tis Lunæ appellant. Coniunctionem alij, & Nouiluniũ, Græci Νουμηνίαν *&* Σύνοδον. *vt & primam Lunam* μηνοειδῆ. *i, Corniculatã & falcatam, & nondum ſemiplenam ſed cauam & cornutam,* κοίλην. *Porrò autem etſi Luna ſilere dicitur cùm intermenſtrua eſt, neque lucet, tamen Maro tacitæ amica ſilentia Lunæ dixit nocturnum eius lumen intelligens. quòd noctem ſilere dicerent, reſpectu diei qui inquietus eſt & clamoſus. & nox ipſa à poëtis tacita & tranquilla dicitur.*

Διαθέσεις Lunæ.i, habitus, affectiones ſeu viſitationes Lunæ per Septimanas.

Septimam vocant Διχότομον καὶ ἡμίτομον. *i, ſemiplenam, dimidiatam, diuiduam, rectam* ὀρθίαν.

Vndecimam vocant Ἀμφίκυρτον. *i, gibboſam, gibberoſam, turgidam, & tumidam.*

Decimam quintam πανσέληνον. *i, plenilunium & oppoſitionem vocant.*

Ariſt. 2. de cælo.

A plenilunio rurſum fit ἀμφίκυρτος. *i, gibboſa.*

Exin rurſum Διχότομος. *& tandem fit* μηνοειδὴς *dum iterum ad* Σύνοδον. *i, coniũctionem redeat. Schematiſmi enim, id eſt, conformationes ſeu habitus, affectiones & viſitationes Lunæ qui ſunt dum augetur, ordine immutato procedunt dum imminuitur. Omnes autem hæ Lunæ facies ſeu* διαθέσεις, *viſitationes Latinis, Græcis* φάσεις *etiam dicũtur*

tur. Vitruuius, Viſitationem, inquit, facit tenuem extremæ rotundationis Lunæ. i, tenuiter & exiliter eius extremitas cernitur.

Hactenus de anno Attico.

HECATOMBÆONIS ET METAGEITNIONIS PRIMI ET

ſecundi menſium Atticorum integra deſcriptio, ex qua aliorum menſium deſcriptionem cõſtruere, ſi volet, poſſit lector. Habet autem Hecatombæon, vt & impar quiſque, dies XXX. Metageitnion, vt par quiſque, dies XXIX.

*H*ECATOMBÆON *anni 1570. dierum* XXX.

		Maij anni 1570.
1	Νουμηνία.	2
2	Δευτέρα ἱσταμένου.	3
3	Τρίτη ἱσταμένου.	4
4	Τετάρτη ἱσταμένου.	5
5	Πέμπτη ἱσταμένου.	6
6	Ἕκτη ἱσταμένου.	7

7	Ἑβδόμη ἱσταμένου.	8
8	Ὀγδόη ἱσταμένου.	9
9	Ἐννάτη ἱσταμένου.	10
10	Δεκάτη ἱσταμένου.	11
11	Πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	12
12	Δευτέρα ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	13
13	Τρίτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	14
14	Τετάρτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	15
15	Πέμπτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	16
16	Ἕκτη ἐπὶ δέκα μεσ.	17 Maij
17	Ἑβδόμη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	18
18	Ὀγδόη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	19
19	Ἐννάτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	20
20	Εἰκὰς ſeu εἰκοστή.	21
21	Δεκάτη φθίνοντος.	22
22	Ἐννάτη φθίνοντος.	23
23	Ὀγδόη φθίνοντος.	24
24	Ἑβδόμη φθίνοντος.	25
25	Ἕκτη φθίνοντος.	26
26	Πέμπτη φθίνοντος.	27
27	Τετάρτη φθίνοντος.	28
28	Τρίτη φθίνοντος.	29
29	Δευτέρα φθίνοντος.	30
30	Ἕνη καὶ νέα.	31

Viceſima prima dies dicitur etiam πρώτη ἐπ' εἰκάδι, *&* πρώτη μετ' εἰκάδα. *viceſima ſecunda*

cunda, Δευτέρα μετ' ἰκάδα, *& ſic deinceps.*

Metageitnion menſis ſecundus Atticorum diebus conſtãs xxix.

1	Νουμηνία.	*1 Iunij 1570.*
2	β. ἱσταμένου.	*2*
3	γ'. ἱσταμένου.	*3*
4	δ. ἱσταμένου.	*4*
5	ε. ἱσταμένου.	*5*
6	ϛ. ἱσταμένου.	*6*
7	ζ. ἱσταμένου.	*7*
8	η. ἱσταμένου.	*8*
9	θ. ἱσταμένου.	*9*
10	Δεκάτη ἱσταμένου.	*10*
11	α. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*11*
12	β. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*12*
13	γ'. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*13*
14	δ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*14*
15	ε. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*15*
16	ϛ'. ἐπὶ δέκα μεσ.	*16 Iunij 1570.*
17	ζ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	*17*
18	η. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	*18*
19	θ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	*19*
20	Εἰκὰς *ſiue* Εἰκοστή.	*20*
21	α. μετ' ἰκάδα.	*21*
22	β. μετ' εἰκάδα.	*22*

23	γ. μετ' εἰκάδα.	*23*
24	δ. μετ' εἰκάδα.	*24*
25	ε. μετ' εἰκά.	*25*
26	ϛ. μετ' εἰκά.	*26*
27	ζ. μετ' εἰκάδα.	*27*
28	η. μετ' εἰκά.	*28*
29	Ἕνη καὶ νέα.	*29*

Viceſima prima dici poteſt πρώτη ἐπ' εἰκάδι *vel* πρώτη μετ' εἰκάδα. XXII, Δευτέρα ἐπ' εἰκάδι *vel* μετ' εἰκάδα, *vel inuerſo numerorum ordine.* θ. φθίνοντος. η. φθίνοντος. ζ. φθί. ϛ. φθί. *quod eſt* ἐννάτη φθίνοντος, ὀγδόη φθί. ἑβδόμη φθίνον. ἕκτη φθί. *& ſic deinceps. Ex duorum iſtorum menſium deſcriptione, lector, reliquos ſi videbitur, menſes adſcribere tibi erit integrum.*

De anno Romano.

Quis modus aut quæ ratio anni fuerit ante vrbem conditam apud antiquiſſimos

ſimos Italiæ populos, ſiue ij Vmbri, vt ſcribit Plinius, ſiue Hetruſci, Sabini aut alii fuerint, diuinare non eſt facile, cùm eius rei tractatio neque literarum monumentis tradita vſquã extet, neque per manus nobis tradita ſit. Et crediderim ſanè regnantibus etiã priſcis illis Iano, Saturno, Pico, qui tres primi regnaſſe dicuntur in ea Italiæ parte quæ Latium dicitur, annum potiùs nullam quàm aliquã rationem habuiſſe. Nam quî, quæſo, Aſtrologica ratione tempus in annos, menſes, dies aut horas partiri nouiſſe potuiſſent rudes illi & inculti populi, qui ne domos quidem ædificare, terram colere, ſerere aut metere noſſent: ſed qui ſemiferi glandibus vitam ſuſtentarent, & aut in ſpeluncis aut magalibus frondibus virgultiſque contextis habitarent, nec quid murus, nec porta quid eſſet ſciebant. Rudibus ergo illis & incultis ſeculis prætermiſſis, quibus vix homines Solẽ, Solẽ eſſe agnoſcebant, ad ea quibus cultiores & humaniores homines facti & res domi militiæque præclarè gerere & tẽporis etiam rationem habere cœperũt, deueniamus: atque à Romulo primo illo gentium omnium domitricis vrbis ædificatore (quãdo altiùs rem repetere non poſſumus) dicendi exordium faciamus. Is condita in Latio vrbe, quã de ſuo

Lib.3.c.14.

Varro lib. 3. rei ruſt. cap. 1.

nomine Romam appellauit, inter alia multa quibus imperium fecit auguſtius temporis etiam rationem ſibi habendam putauit. Ac primùm annum diebus tunc trecentis quatuor integratum in menſes decem, quorũ ſex tricenûm dierum, quatuor tricenûm ſingulorum eſſent, diſtribuit: primúmque mẽſem genitori ſuo Marti dicatum Martium vocauit. Porrò triginta dies capiebãt Aprilis, Iunius, Auguſtus, qui tum Sextilis, September, Nouember, December. Triginta verò & vnum Martius, Maius, Quintilis, qui nunc Iulius, & October. Sed cùm is numerus neque Solis curſui neque Lunæ rationibus, conueniret, nonnunquam vſu veniebat vt frigus æſtiuis anni menſibus & contrà calor hyemalibus proueniret: quod vbi contigiſſet tantum dierum ſine vllo menſis nomine patiebãtur abſumi, quãtum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus inſtanti menſi aptus inueniretur. Cæterùm hac anni digeſtione videri poßint Romani aliquãdiu menſibus Lunaribus eſſe vſi: quod teſtari videtur Macrobius, 1. Sat. c. 14. *qui ſcribit Romulum initium cuiuſque menſis ſumpſiſſe ex eo die quo nouam Lunam videri contigiſſet: cui ſubſcribit Ouid. Faſto 3.*

Luna regit menſes, huius quoque tẽpora menſis Finit, *&c.*

Et

Et Liuius lib. 1. ab vrbe cond. ſcribit Numam Pomp. primum omnium ad curſum Lunæ deſcripſiſſe annum. Et Plut. Sub Romulo, In Numa. *inquit, nulla menſiū ratio conſtabat, nullus ordo: ſed alij minoribus quā* XX, *alij* XXXV, *alij pluribus adhuc diebus cenſebātur: neque varietatē curſuū Solis & Lunæ intelligebāt, ſed obſeruabāt id ſolū vt annus 304. diebus cōficeretur, &c. Verùm enim quòd Romulus annū ſuum decem menſium primùm effecerit, teſtatur Ouidius, qui Faſtorum 1. canit,*

Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno
Conſtituit mēſes quinque bis eſſe ſuo.
Annus erat decimum cùm Luna receperat orbem, Et in 3. Faſt.
Hic numer⁹ magno tūc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino fœmina mēſe parit.

Porrò verò iccirco annū à Martio, diebus ſcz. circiter XX. *ante AEquinoctium vernū, inchoauiſſe videtur Romulus, vel quia in eo Hebræos, qui inde, vt ſuo loco dictum eſt, annum ſuū exordiuntur, imitandos ſibi propoſuerat, vel quia ab eo tempore omnia nouam quaſi faciem & ætatem accipiūt, inde ſe quoq; cōmodè anni principiū facere poſſe arbitra-*

retur qua opinione motus Ouidius cecinit.

Omnia cùm virent, tũc eſt noua tẽporis ætas.

Sic annus per Ver incipiendus erat.

A N N V S *ergo Romuli his decẽ totis menſibus conſtabat.*

Annus Romuli.

Martius	*Dierũ.*	*31*	*Sextilis*	*30*
Aprilis		*30*	*September.*	*30*
Maius		*31*	*October*	*31*
Iunius		*30*	*Nouember*	*30*
Quintilis		*31*	*December.*	*30.*

Summa dierum anni Romuli 304.

Numa Pompilius.

Numa Pompilius Romulo ſuccedens vel quantum ſub cælo rudi & ſeculo adhuc impolito ſolo ingenio magiſtro comprehendere, vel quantum ex Græcorum obſeruatione edoceri potuit, ad trecentos quatuor dies anni Romuli alios quinquaginta addidit, vt ad Græcorum morem annus ad trecentos quinquaginta quatuor dies aſſurgeret. Eos dies quinquaginta in duos mẽſes diſtribuit, quorum, quẽ primum anni eſſe voluit, Ianuarium: quem ſecundum, Februariũ nuncupauit. Sed quia viginti

viginti quinque dies ſatis eſſe ad menſem integrandum non poterant, de ſingulis ſex menſibus qui anno Romuli dies XXX. *habebant vnum diem detraxit. detractos dies numero ſex ad illos quinquaginta addidit, ac in ſuos illos additítios Ianuariũ & Februarium diſtribuit. Sic vterque menſis tum capiebat dies viginti octo. Sex verò menſes Romuli qui dierum triginta erant, ſinguli vno per Numam decurtati viginti nouem tantũ dierum erant. Et ſunt qui credunt Numam Ianuarium in honorem Iani (quem volunt eſſe Noe) conſecrauiſſe. Numæ mentionẽ facit Plutarchus dum ſcribit, Cæleſtium quoque motuum rationem, vt non exactè tractauit Numa, ita non inerudite quoque attigit. Sub Romulo nulla menſium ratio conſtabat, nullus ordo, ſed alij minorib⁹ quàm* XX, *alij* XXXV, *alij pluribus adhuc diebus cenſebantur: neque varietatem curſuum Solis & Lunæ intelligebant, ſed obſeruabant id ſolũ vt annus 304. diebus cõficeretur. Numa ſupputans vndecim diebus annum Lunarem à Solari differre, quòd ille diebus 354, hic 365. conſtaret, duplicauit illos dies* XI, *ac alternis annis poſt Februarium inſeruit menſem intercalarem, qui Romanis Mercidinus dicitur habétque dies* XXII. *Sed futurum erat* In Numa

omnibus annus vndecim dies & quadrantẽ intercalare. Itaque maluerunt hunc numerũ octies multiplicare, & nonaginta dies, qui naſcuntur ſi quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inſerere in tres mẽſes, vt diximus, diſtribuẽdos. Hos dies ὑπερβαίνοντας, menſes verò ἐμβολιμοὺς appellant. Hæc de intercalandi ad finem cuiuſque octennij ratione Macrobius.

Annotationes LALAMANTII *in hunc Macrobij locum.*

Hæc facilia ſunt & paulò antè à me in anni Attici tractatione explicata. Quæ ſequũtur explicatione videntur indigere.

MACROBIVS.

Hunc ergo ordinem Romanis imitari placuit: ſed fruſtra. Quippe fugit eos diem vnũ, ſicuti ſuprà admonuimus, additum à ſe ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus atque ordo non poterat.

LALAMANTIVS.

Romani, inquit, vel non ſatis accuratè anni rationem perpẽdentes, atque adeo parum memores illius vnius diei qui per Numam ad dies 28. Ianuarij in honorem imparis numeri

meri fuerat additus, vel nihil aut parum obeſſe eam vnius diei additionem arbitrantes, etiam & ipſi Græcorum exemplo per octennium dies nonaginta, eo quo paulò pòſt dicemus diſtribuendos modo, intercalabant: ſed fruſtrà, quia octennio finito numerus atq; ordo vtriuſque anni Græci dico & Romani non conueniebat. Nam ſumma dierũ totius octennij Romani aſſurgebat ad dies bis mille octingentos quadraginta: quod cõſtabit ſi dies 355 (ad quam ſummam pertingebant ſinguli anni Numæ poſt eum vnum diem Ianuario additum in honorem imparis numeri) octies multiplicaueris. Summa verò totius octẽnii Græci ad dies 2832. aſſurgebat: quod itidem conſtabit ſi dies 354. (quam ſummã ſinguli anni Græci complent) octies etiam multiplicaueris. vnde apparet ſummam dierũ totius octennij Rom. nõ quadrare cũ ſumma dierũ totius octẽnii Græci: ſed numerum Rom. excedere Græcum, vt hîc vides, dieb⁹ 8. 2840. 2832.

Dies anni Numæ octies multiplicati.		Dies anni Græci octies multiplicati.
355.		354.
8.		8.
2840.	*Ad hanc anni Græci ſummam adde 8. & videbis numeros quadrare.*	2832.
		8.
		2840.

ad εἰκάδα ſeu εἰκοστὴν.i, viceſimum. Tum tertiæ decadis primum diem πρώτην ἐπὶ εἰκάδι *vel* πρώτην μετ' εἰκάδα*.i, Primã poſt viceſimam, ſecundã, tertiã ſupra viceſimã, &c. vocabãt: Vel etiam primum diem tertiæ decadis inſtituto Solonis, vt ferunt,* δεκάτην φθίνοντος*, ſecũdum* ἐννάτην φθίνοντος*, &c. id eſt, decimã deſinẽtis, nonã, octauam, ſeptimã deſinentis: & vſque ad vltimum eodem modo imminuendo numeros. Vltimus autẽ dies menſis* ἕνη καὶ νέα *dicitur Polluci lib. 1. c. 7. Suidas* ἕνη καὶ νέα ἡ τριακὰς καλουμένη. Ἕνον γὰρ τὸ παλαιόν. Ἐκ τοῦ ἕνου δὲ καὶ νέον. *Et paulò poſt.* Ἕνη*, inquit,* καὶ νέα. οὕτω παρ' Ἀθηναίοις ἡ παρ' ἡμῖν τριακάς, ἡ Νουμηνία. Ἐπειδὴ συμβαίνει ἐν αὐταῖς καὶ λήγειν τὴν Σελήνην καὶ γεννᾶσθαι. Ἕνη καὶ νέα*, inquit, triceſima dies mẽſis vocata eſt: nã* ἕνον *vetus & antiquum ſignificat. ex dictione aũt* ἕνον *fit* νέον*, & ex veteri nouũ. Et paulò poſt,* Ἕνη καὶ νέα *ſic Athenienſibus dicitur quæ nobis eſt triceſima aut Neomenia. Nã iiſdẽ diebus Lunam & deſinere & nouari contingit. Hactenus Suidas, qui male Neomeniã cum* Ἕνη καὶ νέα *confundit. Auctor argumenti orationis Demoſt.* περὶ στεφάνου τῆς τριηραρχίας *.i, de corona præfecturæ naualis de* Ἕνη καὶ νέα *ſic loquitur poſt alia,* τὸν δὲ μὴ περὶ τῆς ἕνης καὶ νέας, ἥτις ἐστὶν ἡ τελευταία τοῦ μηνὸς, πε-

περιορμίσαντα

εἰσορμίσαντα τὴν ναῦν ἐπὶ τὸ χῶμα, δεθῆναι. id eſt, qui autem antè ἕνην καὶ νέαν, *quæ quidē vltima menſis eſt, nauem ad vallum nō perduxerit, in vincula coniiciatur. Plutarch. in Solone, Porrò autem Solon cōſpicatus menſis rationem malè conſtare, motúmque Lunæ neque cum Oriente neque cum Occidente Sole concurrere, vt quæ ſæpe eodē die Luna Solem & aſſequeretur & præuerteret, eam ipſam diem* ἕνην καὶ νέαν *(quaſi veterem & nouam diceret) vocauit: partem eius quæ eſſet prior coitu Solis & Lunæ, menſi iam deſinenti: reliquam ineunti attribuēs. Primus enim intellexiſſe videtur Homeri hunc verſum.*

Τοῦ μὲν φθίνοντος μηνὸς, τοῦ δ' ἱσταμένοιο. i, Ὀδυσ Ξ. Macrob. lib. 1. Sat. cap. 19.
Iam ceſſante alio menſe atque alio incipiente.

Sequentem diem Νουμηνίαν *. i, Nouilunium appellauit. poſt viceſimum diem numero dierum nihil iam addidit, ſed ſubinde detrahendo (quemadmodum & de lumine Lunæ videbat diminutionem ſenſim fieri) vſq; ad triceſimum diem numerauit. Hæc Plutarchus. Sanè Sotion, vt auctor eſt Conſtantinus Cæſar lib. 1, De Agricultura cap. 13, dies illunes appellauit eos qui ſunt à viceſimo nono ad ſecundam nouam. Id tempus alij coitūm, vt inquit Plinius, alij interlunium, alij ſilē-* Lib. 16. cap. 39.

tis Lunæ appellant. Coniunctionem alÿ, & Nouiluniũ, Græci Νȣμηνίαν & Σύνοδον. vt & primam Lunam μηνοειδῆ. i, Corniculatã & falcatam, & nondum ſemiplenam ſed cauam & cornutam, κοίλην. Porrò autem etſi Luna ſilere dicitur cùm intermenſtrua eſt, neque lucet, tamen Maro tacitæ amica ſilentia Lunæ dixit nocturnum eius lumen intelligens. quòd noctem ſilere dicerent, reſpectu diei qui inquietus eſt & clamoſus. & nox ipſa à poëtis tacita & tranquilla dicitur.

Διαθέσεις Lunæ. i, habitus, affectiones ſeu viſitationes Lunæ per Septimanas.

Septimam vocant Διχότομον καὶ ἡμίτομον. i, ſemiplenam, dimidiatam, diuiduam, rectam ὀρθίαν.

Vndecimam vocant Ἀμφίκυρτον. i, gibboſam, gibberoſam, turgidam, & tumidam.

Decimam quintam πανσέληνον. i, plenilunium & oppoſitionem vocant.

Ariſt. 2. de cælo.

A plenilunio rurſum fit ἀμφίκυρτος. i, gibboſa.

Exin rurſum Διχότομος. & tandem fit μηνοειδὴς dum iterum ad Σύνοδον. i, coniũctionem redeat. Schematiſmi enim, id eſt, conformationes ſeu habitus, affectiones & viſitationes Lunæ qui ſunt dum augetur, ordine immutato procedunt dum imminuitur. Omnes autem hæ Lunæ facies ſeu διαθέσεις, viſitationes Latinis, Græcis φάσεις etiam dicũtur

tur

tur. Vitruuius, Viſitationem, inquit, facit tenuem extremæ rotundationis Lunæ.i, tenuiter & exiliter eius extremitas cernitur.

Hactenus de anno Attico.

HECATOMBÆONIS ET

METAGEITNIONIS PRIMI ET ſecundi menſium Atticorum integra deſcriptio, ex qua aliorum menſium deſcriptionem cōſtruere, ſi volet, poſſit lector. Habet autem Hecatombæon, vt & impar quiſque, dies XXX. Metageitnion, vt par quiſque, dies XXIX.

*H*ECATOMBÆON *anni 1570. dierum* XXX.

Maij anni 1570.

1	Νουμηνία.	*2*
2	Δευτέρα ἱσταμένου.	*3*
3	Τρίτη ἱσταμένου.	*4*
4	Τετάρτη ἱσταμένου.	*5*
5	Πέμπτη ἱσταμένου.	*6*
6	Ἕκτη ἱσταμένου.	*7*

7	Ἑβδόμη ἱσαμένου.	8
8	Ὀγδόη ἱσαμένου.	9
9	Ἐννάτη ἱσαμένου.	10
10	Δεκάτη ἱσαμένου.	11
11	Πρώτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	12
12	Δευτέρα ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	13
13	Τρίτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	14
14	Τετάρτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	15
15	Πέμπτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	16
16	Ἕκτη ἐπὶ δέκα μεσ.	17 *Maij*
17	Ἑβδόμη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	18
18	Ὀγδόη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	19
19	Ἐννάτη ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	20
20	Εἰκὰς ſeu εἰκοστή.	21
21	Δεκάτη φθίνοντος.	22
22	Ἐννάτη φθίνοντος.	23
23	Ὀγδόη φθίνοντος.	24
24	Ἑβδόμη φθίνοντος.	25
25	Ἕκτη φθίνοντος.	26
26	Πέμπτη φθίνοντος.	27
27	Τετάρτη φθίνοντος.	28
28	Τρίτη φθίνοντος.	29
29	Δευτέρα φθίνοντος.	30
30	Ἕνη καὶ νέα.	31

Viceſima prima dies dicitur etiam πρώτη ἐπ' εἰκάδι, *&* πρώτη μετ' εἰκάδα. *viceſima ſe-*

cunda

cunda, Δευτέρα μετ' εἰκάδα, *& ſic dein-ceps.*

Metageitnion menſis ſecundus Atticorum diebus conſtãs XXIX.

1	Νουμηνία.	1 Iunij 1570.
2	β. ἱσταμένου.	2
3	γ'. ἱσταμένου.	3
4	δ. ἱσταμένου.	4
5	ε. ἱσταμένου.	5
6	ς. ἱσταμένου.	6
7	ζ. ἱσταμένου.	7
8	η. ἱσταμένου.	8
9	θ. ἱσταμένου.	9
10	Δεκάτη ἱσταμένου.	10
11	α. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	11
12	β. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	12
13	γ'. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	13
14	δ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	14
15	ε. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	15
16	ς'. ἐπὶ δέκα μεσ.	16 Iunij 1570.
17	ζ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	17
18	η. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος	18
19	θ. ἐπὶ δέκα μεσοῦντος.	19
20	Εἰκὰς *ſiue* Εἰκοστή.	20
21	α. μετ' εἰκάδα.	21
22	β. μετ' εἰκάδα.	22

23	γ. μετ' εἰκάδα.	23
24	δ. μετ' εἰκάδα.	24
25	ε. μετ' εἰκά.	25
26	ς. μετ' εἰκά.	26
27	ζ. μετ' εἰκάδα.	27
28	η. μετ' εἰκά.	28
29	Ἕνη καὶ νέα.	29

Viceſima prima dici poteſt πρώτη ἐπ' εἰκάδι *vel* πρώτη μετ' εἰκάδα. XXII, Δευτέρα ἐπ' εἰκάδι *vel* μετ' εἰκάδα, *vel inuerſo numerorum ordine.* θ. φθίνοντος. η. φθίνοντος. ζ. φθι. ς. φθι. *quod eſt* ἐννάτη φθίνοντος, ὀγδόη φθι. ἑβδόμη φθίνοντος. ἕκτη φθι. *& ſic deinceps. Ex duorum iſtorum menſium deſcriptione, lector, reliquos ſi videbitur, menſes adſcribere tibi erit integrum.*

De anno Romano.

QVIS *modus aut quæ ratio anni fuerit ante vrbem conditam apud antiquiſſimos*

ſimos Italiæ populos, ſiue ij Vmbri, vt ſcribit Plinius, ſiue Hetruſci, Sabini aut alii fuerint, diuinare non eſt facile, cùm eius rei tractatio neque literarum monumentis tradita vſquã extet, neque per manus nobis tradita ſit. Et crediderim ſanè regnantibus etiã priſcis illis Iano, Saturno, Pico, qui tres primi regnaſſe dicuntur in ea Italiæ parte quæ Latium dicitur, annum potiùs nullam quàm aliquã rationem habuiſſe. Nam qui, quæſo, Aſtrologica ratione tempus in annos, menſes, dies aut horas partiri nouiſſe potuiſſent rudes illi & inculti populi, qui ne domos quidem ædificare, terram colere, ſerere aut metere noſſent: ſed qui ſemiferi glandibus vitam ſuſtentarent, & aut in ſpeluncis aut magalibus frondibus virgultiſque contextis habitarent, nec quid murus, nec porta quid eſſet ſciebant. Rudibus ergo illis & incultis ſeculis prætermiſſis, quibus vix homines Solẽ, Solẽ eſſe agnoſcebant, ad ea quibus cultiores & humaniores homines facti & res domi militiæque præclarè gerere & tẽporis etiam rationem habere cœperũt, deueniamus: atque à Romulo primo illo gentium omnium domitricis vrbis ædificatore (quãdo altiùs rem repetere non poſſumus) dicendi exordium faciamus. Is condita in Latio vrbe, quã de ſuo

Lib. 3. c. 14.

Varro lib. 3. rei ruſt. cap. 1.

nomine Romam appellauit, inter alia multa quibus imperium fecit anguſtius temporis etiam rationem ſibi habendam putauit. Ac primùm annum diebus tunc trecentis quatuor integratum in menſes decem, quorũ ſex tricenûm dierum, quatuor tricenûm ſingulorum eſſent, diſtribuit: primúmque mẽſem genitori ſuo Marti dicatum Martium vocauit. Porrò triginta dies capiebãt Aprilis, Iunius, Auguſtus, qui tum Sextilis, September, Nouember, December. Triginta verò & vnum Martius, Maius, Quintilis, qui nunc Iulius, & October. Sed cùm is numerus neque Solis curſui neque Lunæ rationibus, conueniret, nonnunquam vſu veniebat vt frigus æſtiuis anni menſibus & contrà calor hyemalibus proueniret: quod vbi contigiſſet tantum dierum ſine vllo menſis nomine patiebãtur abſumi, quãtum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus inſtanti menſi aptus inueniretur. Cæterùm hac anni digeſtione videri poßint Romani aliquãdiu menſibus Lunaribus eſſe vſi: quod teſtari videtur Macrobius,
1. Sat. c. 14. *qui ſcribit Romulum initium cuiuſque menſis ſumpſiſſe ex eo die quo nouam Lunam videri contigiſſet: cui ſubſcribit Ouid. Faſto 3.*

Luna regit menſes, huius quoque tẽpora menſis Finit, *&c.*

Et

Et Liuius lib.1.ab vrbe cond.ſcribit Numam Pomp.primum omnium ad curſum Lunæ deſcripſiſſe annum.Et Plut.Sub Romulo, In Numa. *inquit, nulla menſiũ ratio conſtabat, nullus ordo: ſed alij minoribus quã* XX, *alij* XXXV, *alij pluribus adhuc diebus cenſebãtur: neque varietatẽ curſuũ Solis & Lunæ intelligebãt, ſed obſeruabãt id ſolũ vt annus 304. diebus cõficeretur, &c. Verùm enim quòd Romulus annũ ſuum decem menſium primùm effecerit, teſtatur Ouidius, qui Faſtorum 1. canit,*

Tempora digereret cùm conditor vrbis, in anno
Conſtituit mẽſes quinque bis eſſe ſuo.
Annus erat decimum cùm Luna receperat orbem, Et in 3. Faſt.
Hic numer⁹ magno tũc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare ſolemus,
Seu quia bis quino fœmina mẽſe parit.

Porrò verò iccirco annũ à Martio, diebus ſcz. circiter XX. *ante AEquinoctium vernũ, inchoauiſſe videtur Romulus, vel quia in eo Hebræos, qui inde, vt ſuo loco dictum eſt, annum ſuũ exordiuntur, imitandos ſibi propoſuerat, vel quia ab eo tempore omnia nouam quaſi faciem & ætatem accipiũt, inde ſe quoq; cõmodè anni principiũ facere poſſe arbitra-*

retur qua opinione motus Ouidius cecinit.

Omnia cùm virent, tũc eſt noua tẽporis ætas.
Sic annus per Ver incipiendus erat.

ANNVS *ergo Romuli his decẽ totis menſibus conſtabat.*

Annus Romuli.

Martius	31	*Sextilis*	30
Aprilis	30	*September.*	30
Maius Dierũ.	31	*October*	31
Iunius	30	*Nouember*	30
Quintilis	31	*December.*	30.

Summa dierum anni Romuli
304.

Numa Pompilius.

Numa Pompilius Romulo ſuccedens vel quantum ſub cælo rudi & ſeculo adhuc impolito ſolo ingenio magiſtro comprehendere, vel quantum ex Græcorum obſeruatione edoceri potuit, ad trecentos quatuor dies anni Romuli alios quinquaginta addidit, vt ad Græcorum morem annus ad trecentos quinquaginta quatuor dies aſſurgeret. Eos dies quinquaginta in duos mẽſes diſtribuit, quórum, quẽ primum anni eſſe voluit, Ianuarium: quem ſecundum, Februariũ nuncupauit. Sed quia viginti

viginti quinque dies ſatis eſſe ad menſem integrandum non poterant, de ſingulis ſex menſibus qui anno Romuli dies XXX. *habebant vnum diem detraxit. detractos dies numero ſex ad illos quinquaginta addidit, ac in ſuos illos addititios Ianuariũ & Februarium diſtribuit. Sic vterque menſis tum capiebat dies viginti octo. Sex verò menſes Romuli qui dierum triginta erant, ſinguli vno per Numam decurtati viginti nouem tantũ dierum erant. Et ſunt qui credunt Numam Ianuarium in honorem Iani (quem volunt eſſe Noe) conſecrauiſſe. Numæ mentionẽ facit Plutarchus dum ſcribit, Cæleſtium quoque motuum rationem, vt non exactè tractauit Numa, ita non inerudite quoque attigit. Sub Romulo nulla menſium ratio conſtabat, nullus ordo, ſed alij minorib⁹ quàm* XX, *alij* XXXV, *alij pluribus adhuc diebus cenſebantur: neque varietatem curſuum Solis & Lunæ intelligebant, ſed obſeruabant id ſolũ vt annus 304. diebus cõficeretur. Numa ſupputans vndecim diebus annum Lunarem à Solari differre, quòd ille diebus 354, hic 365. conſtaret, duplicauit illos dies* XI, *ac alternis annis poſt Februarium inſeruit menſem intercalarem, qui Romanis Mercidinus dicitur habétque dies* XXII. *Sed futurum erat* In Numa

vt hæc inæqualitatis correctio maiora alia re media requireret, &c. & hactenus Plutarchus. Cæterùm his menſibus duodecim & tot etiam diebus annus Numæ conſtabat, vt hîc videre potes,

Annus Numæ.

		Dierum.
1	*Ianuarius.*	28
2	*Februarius.*	28
3	*Martius.*	31
4	*Aprilis.*	29
5	*Maius.*	31
6	*Iunius.*	29
7	*Quintilis.*	31
8	*Sextilis.*	29
9	*September.*	29
10	*October.*	31
11	*Nouember.*	29
12	*December.*	29

Summa dierum anni Numæ.

354.

Macrob.1. Satur.c.14. *Paulò pòſt Numa in honorē imparis numeri (ſecretum hoc & ante Pythagoram parturiente natura) vnum adiecit diem quem Ianuario dedit, vt tam in anno (hac enim ratione annus dies 355. continebat) quàm in menſibus ſingulis præter vnum Februarium*

impar

impar numerus ſeruaretur. Solus Februarius XXVIII, *dies retinuit, quaſi inferis & diminutio & par numerus conueniret.*

Summa ergo dierum anni Numæ poſt additum vnum diem in honorem imparis numeri, dies trecēti quinquaginta quinque. CCC.LV dies.

Explicata intercalandi ratio quæ apud Macrobium paulò obſcurior multis negotium faceſſit. 1.Sat. c.15.

MACROBIVS.

Cùm ergo Romani ex hac diſtributione Pompilij ad Lunæ curſum, ſicut Græci, annū proprium computarent, neceſſariò & intercalarem menſem inſtituerunt more Græcorum. Nā & Græci cùm animaduerterent temere ſe trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinauiſſe annum (quoniam apparet de Solis curſu qui 365, & quadrante zodiacum cōficit, deeſſe anno ſuo vndecim dies & quadrantem) intercalares ſtatuta ratione commenti ſunt, ita vt octauo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menſes tricenū dierum compoſuerunt, intercalarēt. Id Græci fecerunt quia operoſum erat atque difficile

omnibus annus vndecim dies & quadrantẽ intercalare. Itaque maluerunt hunc numerũ octies multiplicare, & nonaginta dies, qui naſcuntur ſi quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inſerere in tres mẽſes, vt diximus, diſtribuẽdos. Hos dies ὑπερβαίνοντας, menſes verò ἐμβολιμοὺς appellant. Hæc de intercalandi ad finem cuiuſque octennij ratione Macrobius.

Annotationes LALAMANTII *in hunc Macrobij locum.*

Hæc facilia ſunt & paulò antè à me in anni Attici tractatione explicata. Quæ ſequũtur explicatione videntur indigere.

MACROBIVS.

Hunc ergo ordinem Romanis imitari placuit: ſed fruſtra. Quippe fugit eos diem vnũ, ſicuti ſuprà admonuimus, additum à ſe ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Ea re per octennium conuenire numerus atque ordo non poterat.

LALAMANTIVS.

Romani, inquit, vel non ſatis accuratè anni rationem perpẽdentes, atque adeo parum memores illius vnius diei qui per Numam ad dies 28. Ianuarij in honorem imparis numeri

meri fuerat additus, vel nihil aut parum obeſſe eam vnius diei additionem arbitrantes, etiam & ipſi Græcorum exemplo per octennium dies nonaginta, eo quo paulò pòſt dicemus diſtribuendos modo, intercalabant: ſed fruſtrà, quia octennio finito numerus atq; ordo vtriuſque anni Græci dico & Romani non conueniebat. Nam ſumma dierũ totius octennij Romani aſſurgebat ad dies bis mille octingentos quadraginta: quod cõſtabit ſi dies 355 (ad quam ſummam pertingebant ſinguli anni Numæ poſt eum vnum diem Ianuario additum in honorem imparis numeri) octies multiplicaueris. Summa verò totius octẽnii Græci ad dies 2832. aſſurgebat: quod itidem conſtabit ſi dies 354. (quam ſummã ſinguli anni Græci complent) octies etiam multiplicaueris. vnde apparet ſummam dierũ totius octennij Rom. nõ quadrare cũ ſumma dierũ totius octẽnii Græci: ſed numerum Rom. excedere Græcum, vt hîc vides, dieb⁹ 8.

2840.

2832.

Dies anni Numæ octies multiplicati.		Dies anni Græci octies multiplicati.
355.		*354.*
8.		*8.*
2840.	*Ad hanc anni Græci ſummam adde 8. & videbis numeros quadrare.*	*2832.*
		8.
		2840.

MACROBIVS.

Sed nondum hoc errore comperto per octo annos, nonaginta quaſi ſuperfundẽdos Græcorum exemplo computabant dies, alterniſque annis binos vicenos, alternis ternos vicenos intercalares expenſabant intercalationibus quatuor. Sed octauo quoque anno, intercalares octo affluebant dies ex ſingulis quibus vertentis anni numerum apud Ro. ſuper Græcum abundaſſe iam diximus.

LALAMANTIVS.

Hoc dicit Macrobius, Romani, inquit, diu ante compertum eum errorem qui in anni ratione ex eo vno die (quem abs Numa Ianuario ad eius dies 28 quos tunc tantũ habebat additum ſæpe repetiuimus) contingebat: nonaginta dies Græcorum quidem exemplo, ſed diuerſa tamen ratione intercalabant. Nã Græci finito octennio 90 eos dies in tres mẽſes anonymos diſtributos, vt antè in Atticã anni ratione oſtendimus, intercalabant. Romani verò per octo annos ſeu durante octẽnio alternis annis intercalationibus 4 intercalabãt. alternis autẽ annis, id eſt, paribus octẽnij annis nõ etiã imparibus: ita vt primo, tertio, quinto, & ſeptimo imparibus octennij annis non intercalarent: Secundo verò, quarto, ſexto, & octauo paribus octennij annis intercalarent: & ita vt ſecundo & ſexto o-

ctēnij annis viginti duos tātum dies: Quarto verò & octauo viginti tres intercalarent. Quæ dierum intercalationibus quatuor, ita vt prædictum eſt, inſertorum ſummà ad dies 90, (parem ſcilicet quam in ſui octennij fine ſummā Græci intercalabāt) aſſurgebat. Vnde numerus dierum anni Romani cum Græco cōueniſſet, ni in Romano octo dies per annos totidem, propter vnum illum diem abs Numa Ianuario additū in honorē imparis numeri, ſuperfuiſſent. Sed quia annus Numæ die vno, vt ſæpe dictum eſt, Græcū excedebat, fiebat vt octauo quoq; anno dies 8 affluerēt, quibus annus Rom. Græcū ſuperabat.

MACROBIVS.

Hoc quoque errore iā cognito hæc ſpecies emēdationis inducta eſt. Tertio quoque octēnio ita diſpēſandos intercalabāt dies vt non 90 ſed 66 intercalarēt: cōpenſatis 24 diebus pro illis qui per totidē annos ſupra Græcorum numerum creuerant. Omni autem intercalationi menſis Februarius deputatus eſt, quoniam is vltimus anni erat.

LALAMANTIVS.

Quod tradit perſpicuū eſt. docet enim Romanos errore eo deprehenſo qui ex addititio die Numæ prouenıebat, hoc ei tādē remedij adhibuiſſe, vt tertio quoq; octennio, ſeu ſi vis

24.quoque anno,nō 90 dies,vt in primo & ſecundo octēniis,ſed ſexaginta ſex tantū intercalarent. compenſatis in tertio octennio XXIIII.*diebus pro illis qui per totidem annos ſupra Græcum numerum creuerant. Quaſi velit dicere, Romanos primo & ſecundo octenniis ſiue octauo & decimo ſexto annis dies quidem nonaginta more Græcorum & pro ſolito etiam ſuo more,intercalauiſſe,ſed tertio quoq; octēnio ſeu viceſimo quarto quoq; anno nō 90.dies,vt primo & ſecūdo octenniis, ſed ſexaginta ſex tātùm:de nonaginta ſcilicet, dies 24.ſubſtrahentes ne annus ſuus ſupra Græcum diebus totidem, quot anni cōputarētur,excreſceret,propter diem illū Numæ addititiū. Viginti quatuor enim de nonaginta ſubſtracti ſexaginta ſex relinquūt: & contrà 24.ad 66. additi pariunt nonaginta. Id aliter dicam quò faciliùs quod dico intelligatur: Annus Numæ diebus 355. cōſtās in annis 24. conſurgit in dies octo mille quingentos viginti. Annus Græcorum diebus 354.i,die vno minus quàm annus Numæ, conſtans:in annis totidem nempe 24. cōſurgit in ſummam octo mille quadringentorum nonaginta ſex dierum.vnde colligere licet in annis viginti quatuor annum Numæ excedere annum Græcum diebus totidē,*

id

id eſt,24. Ambos ergo annos Numæ dico & Græcorum, vt pares facerent Romani, primo quidem & ſecundo octenniis dies 90, Græcorum more: Tertio verò octennio, id eſt, viceſimo quarto quoque anno 66. tantùm intercalabant: viginti quatuor ſcilicet dies in totidem annis ſubſtrahentes ne annus Numæ Græcũ ſemper excederet. ſic fiebat vt poſt annos 24. & non antè, anni vtrique quadrarent & pari dierum numero congruerent. Et 1. ab vrbe cond. *de hac intercalandi ratione loquitur Liuius, cùm dicit Numam omnium primum ad curſum Lunæ in 12. menſes deſcripſiſſe annum: quem (quia, inquit, tricenos dies ſingulis mẽſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno qui Solſtitiali circumagitur orbe) intercalares menſibus interponendo ita diſpenſauit, vt viceſimo quarto quoque anno ad metam eandem Solis vnde orſi eſſent, plenis annorum ſpatiis dies congruerent. Intercalabant autem etiam eo tempore, vt & hoc noſtro ſolemus, in Februario inter viceſimum tertium & 24. diem eiuſdem ſuper literam* F. *quam tunc in Calendariis geminare ſolemus, & tum etiam bis ſexto Calendas Martii (vnde & Biſſextus dictus) dicere cogimur. vt illis annis Februarius dies 29. habeat: cõmunibus verò annis, nõ etiam*

biſſextilibus, tantùm 28.

Cæterùm cùm Numa ad annum Romuli menſes duos Ianuarium & Februarium (illum dies viginti nouē, hunc viginti octo capiētem) addidiſſet, fiebat vt anni initiū (Ianuarius autē annū inchoat) proximè ad Brumā, ſeu, vt cū Columella loquar, ad Brumale Soſtitium accederet. prima enim dies Ianuarij atq; adeo totius anni diebus XV *poſt Brumam contingit. Id autē conſultò feciſſe videri poſsit Numa, nimirum vt noui Sol & annus initium caperent. quod innuit Ouidius his verſibus in Faſtis,*

Lib. 11. c. 2. Macrob. 1. Satur. c. 37.

Bruma noui prima eſt, veterìſque nouiſſima Solis. (idem.

Principiū capiunt Phæbus & annus-

Plutarchus etiam in Mario ſcribit, Mariū Calend. Ianu. (quod initiū anni, inquit, Ro. eſt) ex Africa cum exercitu tranſuectū, Cōſulatū occœpiſſe & triumphū duxiſſe, Iugurtamq; captiuum, incredibile Rom. ſpectaculum, exhibuiſſe.

Hactenus de anno Numæ.

IVLIVS CAESAR.

Suetonius in Iulio.

IVlius Cæſar multis poſt Numā annis conuerſus ad ordinandum reip. ſtatū,

faſtos correxit, iampridem vitio pontificum per intercalãdi licentiã adeo turbatos, vt neque meſſium feriæ æſtati, neque vindemiarũ autumno cõpeterent: annumq́ ad curſum Solis accommodauit, vt 365 dierum eſſet, & intercalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autẽ magis in poſterum ex Calend. Ianu. nobis temporum ratio cõgrueret, inter Nouembrem ac Decembrem menſem, interiecit duos alios. Fuitq́ is annus quo hæc conſtituebantur mẽſium XV, *cum intercalario, qui ex conſuetudine in eum annum inciderat. Hæc Suetonius. Et Plut. in Cæſare, Anni verò, inquit,* In Iulio. *correctio & inæqualitatis faſtorũ emendatio elegãter ab eo excogitata & abſoluta, vſum habuit gratiſſimum. Non enim antiquitus habuerunt Rom. menſes ad anni circuitum congruẽtes: (quo efficiebatur vt ſacra & feriæ paulatim à conſtituto die decedẽtes in diuerſam adeo anni partem deferrẽtur) ſed & Solaris anni ratio qua vtebantur Cæſaris ætate, omnibus præterquàm ſacerdotibus ignota erat, ĳque ſoli eam cognitam habentes, ſubitò ac præſentiente nemine menſem intercalarem adiiciebant, qui & Mercidonius dicitur. Hunc autem primus omnium Numa exinueniſſe traditur, auxilium ad*

errores & confuſionem tollendam exiguum neque durabile, vti & in eius vita demonſtratum eſt. Sed Cæſar præſtantiſsimis Philoſophis atque Mathematicis eam quæſtionem propoſuit, & ex methodis iam tum inuentis peculiarem quandam & abſolutam emendationem eruit, qua etiamnum vtuntur Romani, minúſque reliquis temporum inæqualitate laborare videtur. Neque tamen id inſtitutum, eorum qui potentiæ eius inuidebāt reprehenſiones effugit. Cùm & Cicero, docente quodam Lyram poſtridie orituram, Nimirum, inquit, ex edicto. tanquam hîc quoque neceſsitatem hominibus Cæſar impoſuiſſet. Et Plinius lib. 18. cap. 25. ſcribens dierum ipſorum anni Soliſque motus propè inexplicabilem eſſe rationem, & quod ad eam rem attinet tres ſectas fuiſſe, Chaldæam, Ægyptiam, Græcam: ſubdit, His addit apud nos quartam Cæſar dictator annos ad Solis curſum redigens ſingulos: Soſigene perito ſcientiæ eius adhibito. Et ea ipſa ratio poſtea comperto errore correcta eſt, ita vt duodecim annis continuis non intercalaretur. quia cœperat ſydera annus morari, qui prius antecedebat. Et Soſigenes ipſe tribus commentationibus, quanquam diligentior eſſet cæteris, non ceſſauit tamen addubitare ipſe ſemet

met corrigendo. Hæc loco prædicto Plinius. Macrobius quinetiam ea de re loquens, C. Cæſar, inquit, omnẽ hanc incõſtantiam temporũ vagam adhuc & incertam in ordinem ſtatutæ definitionis coegit: adnitente ſibi M. Flauio ſcriba, qui ſcriptos dies ſingulos ita ad dictatorem retulit, vt & ordo eorum inueniri facillimè poſſet, & inuẽto certus ſtatus perſeueraret. Ergo C. Cæſar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes qui confuſionẽ adhuc poterant facere, conſumpſit. eáque re factum eſt, vt annus confuſionis vltimus in quadringentos quadraginta tres dies protẽderetur. Poſt hoc imitatus AEgyptios, ſolos diuinarũ rerum omnium conſcios, ad numerum Solis, qui diebus 365, & quadrante curſum ſuũ conficit, annum dirigere contendit. Nam ſicut Lunaris annus menſis eſt, quia Luna paulominus quàm menſem in Zodiaci circuitione conſumit, ita Solis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quẽ peragit dum ad id ſignum ſe denuo vertit, ex quo digreſſus eſt: vnde annus vertens vocatur. & habetur magnus, cùm Lunæ annus breuis putetur. Hæc Macrobius. Dictio autem Suetonii hoc dat nobis intelligere, Quòd etſi Romani cognito eo errore qui, vt & antè dictũ eſt, ex addititio die Numæ proueniebat, hoc

Satur. 1. cap. 17

Annus vertens.

ei tãdem remedij adhibuerint, vt tertio quoque octennio non nonaginta dies, vt in aliis duobus primis octenniis, ſed 66 tãtùm intercalarẽt: tamẽ ne ſic quidẽ efficere potuiſſe vt annus curſui aut Solis aut Lunæ conueniret. Vagus itaque & turbatus cùm eſſet Iulij tẽpore anni modus, quòd minus quàm par eſſet intercalaretur: fiebat vt AEquinoctia & Solſtitia retrò ferrentur in anteriora. & contrá. Quo fit vt ſi AEquinoctia & Solſtitia vno eodémq; loco firmari velimus, neque iuſto plus neq; minus intercalare, ſi fieri poßit, nos oporteat. Cæterùm cùm Iulius Caſ. minus intercalari quàm par eſſet, intelligeret, anno certũ modũ adhibere voluit. Sed antequàm ipſum in eam, quã etiã hodie retinemus formã, redigeret: id eſt, antequam menſe intercalario ſublato (vt loquitur Suetonius) annũ dierum 365 efficeret: vnúmque diem ex quadrãtibus 4 cõflatum, quarto quoque anno intercalandum ordinaret: quia ante ſua tempora mitiùs intercalatum fuerat, defectũ dierum ſuppleuit: duóſque mẽſes, priorem 29 dierũ, poſteriorẽ 30 inter Nouembrẽ & Decembrem, vt docet Suetonius, intercalauit, cum intercalario etiam mẽſe dierum 30, qui in fine octaui cuiuſque anni Græcorum more ſtatim ſcilicet poſt Decembrem intercalari

ſolebat

ſolebat: vt ille annus (annum cõfuſionis vocat Macrobius) menſes tres intercalatorios cõtineret, menſes verò illi tres, in ſumma dies 89 continerent: quæ dierum ſumma addita ſummæ anni, id eſt, diebus 354. (nam plures tunc nõ capiebat) eum annum aſſurgere faciebat ad dies tot, quot ſcribit loco paulò antè citato Macrobius, nempe ad dies 443. Et ſic annus ſatis bene cõſtabat, ni ſacerdotes ſibi errorem nouũ ex ipſa emendatione feciſſent. Nam cùm oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno cõfecto antequã quintus inciperet, intercalare: illi quarto nõ peracto ſed incipiẽte intercalabãt. Hic error, inquit Macrobius, ſex & triginta annis permanſit, quibus annis intercalati ſunt dies duodecim, quũ debuerint intercalari 9. Sed hunc errorem ſerò deprehẽſum correxit Auguſtus, qui annos XII *ſine intercalari die tranſigi iuſſit: vt illi tres dies qui per annos 36 vitio ſacerdotalis feſtinationis creuerant, ſequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur. Vtcunque ſit in eum modum eámque rationem annus adductus eſt, vt menſibus duodecim integretur. quorum quatuor, triginta dies, ſeptem, dies* XXXI, *vnus verò, dies* XXVIII *caperet: ſic vt in ſumma annus aſſurgeret ad 365*

Cap. 17. 1. Satur.

dies ſupra quadrantem. quod & adnotauit Galenus Commẽt. 1. in 1. Epide. Hippocratis. Quia autem præter prædictos 365 dies, quotannis horæ ſex ſupererant, voluit Cæſar vt ex illis horis ſex quarto quoque anno & expleto & confecto dies vnus coaleſceret & cõficeretur: qui, quod & antè dixi, ad ſextum Calendas Martij ſeu ad XXIIII *diem Februarij ſuper literã* F. *intercalaretur. In quã ſententiam Ouidius de Cæſare cecinit Faſtorum 3,*

Ille moras Solis quibus in ſua ſigna rediret,
Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.
Is decies ſenis tercentum & quinque diebus
Iungit & è pleno tempora quinta die.

Annus ergo Iulianus anno Biſſextili (Biſſextilis autem eſt quartus quiſque) dies continet 366. vnum ſcilicet diem ſupra annum communem.

Notant verò huius temporis mathematici Iulium Cæſarem Solaris anni quantitatem nõ exactè præfiniuiſſe, vt quæ vndecim ferè minutiis horæ maior ſit quàm oporteat. Annus enim qui Solis circuitus eſt à puncto Æquinoctij Verni ad idem punctum, exactiore calculo

culo continet dies 365, horas. V*, minuta 49. cum ſecundis* XVI*. qua ratione motus Ouidius, vt antè dixi, cecinit --& è pleno tēpora quinta die. per tempora quinta è pleno die horas quinq; intelligēs de* XXIIII *quæ plenū diem & integrum efficiunt. In conſiderationem non adducens Poeta minuta & ſecunda horas* V*. ſuperexcedentia. Eadem ratione motus Auguſtus Cæſar vnum illum diem intercalarium, quē quarto quoque anno incipiente ſacerdotes intercalabāt, quinto quoq; anno incipiēte intercalari iuſſit, vt ſcribit Macrobius, & omnē hunc ordinē æreæ tabulæ ad æternā cuſtodiam mandauit. Sanè ratio ſupplementi Biſſextilis à Iulio ordinata nō ita exactè quadrat, quin quatuor anni vſuales pauxillo quodam ſuperent totidem annos Solares: vnde fit vt hoc noſtro æuo AEquinoctia & Soſtitia plus æquo anticipent & in anteriora ferantur: ita vt à tempore Dionyſii ad noſtram vſque ætatem AEquinoctium Vernum per dies ferè* X*. anticiparit & à viceſimo Martij in* XI *eiuſdē retroceſſerit. Adeo vt ſi hoc anno, verbi gratia, 1570 AEquinoctium Vernum fuerit exactè in meridie vndecimi diei Martij, quatuor annis vſualibus exactis idem AEquinoctium iam non erit in meridie* XI*. diei Martij, ſed tanto antici-*

Cap. 17. lib. 1. Satur.

pabit, quãtus eſt exceſſus quatuor annorum vſualium ſupra quatuor annos Solares. Nõ ergo exactè capit annus horas ſex integras ſupra 365 dies, ſed de ſex horis deficiunt ſecũdum Alfonſum minuta ferè vndecim: ſecũdum Albategni minuta XIIII: *ſecundũ Ptolemeum minuta circiter* V: *Secũdum Alfonſi verò ſupputationem annus capit dies 365, & adhæc minuta quinquaginta vno ferè minus. Itaque cùm ſex horas integras ſingulis annis ſupra dierum numerum anno damus: certè minuta ferè vndecim ſingulis annis plus quàm oporteat, anno adiungimus. quo fit vt quarto quoque anno minuta ferè 44 ſuperflua eſſe videantur. At licet eiuſmodi exceſſus atque adeò AEquinoctiorum anticipatio (tãto enim, vt dictum iam eſt, AEquinoctia anticipant quantus eſt exceſſus minutorum) admodũ parua ſit & paucis annis vix ſenſibilis, ſucceſſu tamen annorũ ſenſibilis euadit. Nam vndecim minuta quotannis ſuperexcedentia horas ſex, in annis centũ triginta & vno, vnum diem (minuto vno minus) conficiũt naturalem. Vnde futurum vt AEquinoctiũ, quod hodie* X *Martij cõtingit, elapſis annis 1400 retrolabatur & recidat in vltimum Februarij diẽ. quod non continget*
CXXXI *tamen, ſi annis 131 elapſis Februario nullus*

dies

dies vt aſſolet, intercaletur: ſed qui primus poſt illos 131 annos debebat eſſe Biſſextilis, cōmunis fiat & ciuilis nō autem intercalaris. Et exinde tamē de more intercaletur. vt, verbi gratia, primi anni Biſſextiles qui effluent poſt annos 1791, & 2063 ſinētur effluere cōmunes, quanquam deberent eſſe Biſſextiles. At qui hos ſequentur Biſſextiles quarto quoque anno pro more ſolito ſuum locum & ordinem retinebunt. Nec verò deſunt qui de ſex horis centeſimam ſextam diei partem detrahant, vt in centum ſex annis tantùm vnum diem ſubtrahendum eſſe hac ratione intelligamus. Aſtrologi tamē Hipparcho antiquiores Solis eodem reditū, quem annum vocāt, trecentis ſexaginta quinque diebus & plus quarta vnius diei parte conſtare voluerunt. neque tamen quantū ſupra quartam diei ad dendum ſit, explicarunt. Thebit minuta IX, *ſecunda 12: Alij minuta 7, ſecunda* IX. *ſupra ſex horas anno adſcribūt. Sanè Galenus in ea eſt opinione vt putet aliquam particulā tēporis ad horas ſex accedere, cùm ſcribit, Vt igitur annus ad 365 dies particulam diei quarta maiorē habet adiunctā, &c. Idē alibi docet annū nō 365 dierum tantummodo eſſe, ſed etiam quartæ partis diei & adhæc partis cuiuſdam propemodum centeſimæ.*

Cap. 9. l. 3. de diebus decretoriis.
In c. 4. l. 3. progno.

Cæterùm anni Iuliani initium more Romano pendet à media nocte antecedente Calend. Ianuarias, non à meridie Calendarum eiuſdem: cuius rei rationẽ reddit Plutarchus problem. Ro. 82: vel vt quidam notant, 84, his verbis, Cur diei principiũ (Romani) à media nocte numerant? An quòd reſpub. ab initio militari more & inſtituto, conſtituta eſt: In re autem militari multa noctu vtiliter occupantur? an diei ortum agendi principium eſſe voluerunt, noctem verò conſilij & præparationis? oportet autem præparatos rem aggredi, non verò contrà, agentem præparari. vt ad Chylonem vnum de ſeptem dixiſſe fertur Myſon dum per hyemem vannum conficeret. An quemadmodum meridies multis eſt finis reipub. gerendæ: ſic noctem intempeſtam actionum omnium initium oportere eſſe ſtatuerunt. cuius rei maximum argumentum magiſtratum Romanum poſt meridiem fœdus facere nõ ſolere. An occaſu quidem & ortu & finẽ & principium diei capere licet? Nam ſi multitudinis iudicio diei principiũ cùm Sol emergere cœperit, incipit: noctis verò initium, cùm penitus occiderit, terminaretur: æqualitatem diei ac noctis (quod AEquinoctiũ dicimus) non habebimus. Quam enim noctem diei parem maximè videmus,

ea

ea, die cui comparatur Solis ſpatio ac magnitudine breuior reperietur. Nam quòd Mathematici huic rei medicinam afferētes diei ac noctis veriſsimam rationem conſtituunt, centrum Solis cùm finientē attingit, omnem euidentiam & perſpicuitatem penitus tollit. Neceſſe eſt enim accidere cùm multum lucis etiam ſub terra ſit, & nos radiis ſuis iam Sol vndique colluſtrat, vt nondum diem eſſe fateamur. Quare cùm ob dictas cauſas ortus diei & occaſus principium difficillimè capi poſsit, relinquitur aut vt medium diem aut mediam noctem principium diei ſtatuamus. potiùs autem ſecundum. Fertur enim à nobis à meridie ad occaſum. à media verò nocte ad orientem ad nos redit: Hæc Plutarchus. Quinetiam initium diei more Rom. à media nocte incipere docet M. Varro apud Cap.2.l.3 *Gelliū his verbis, Homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam noctem in his horis 24 nati ſunt, vna die nati dicūtur. Quibus verbis, inquit Gellius, ita videtur dierum obſeruationem diuiſiſſe, vt qui poſt Solem occaſum ante mediam noctem natus ſit, is ei dies natalis ſit, à quo die ea nox cœperit: Contrà verò qui in ſex horis poſterioribus naſcatur, eo die videri natum qui poſt eā noctem diluxerit. Idem etiam Varro ait, Sa-*

cra Romana quæ ſex horis poſterioribus noctis fiunt, eo die fieri dicuntur, qui proximus eam noctem illuceſcit. Virgilius etiã idipſum non expoſitè neque apertè, ſed vt hominem decuit poëticas res agentem recondita & quaſi operta veteris ritus ſignificatione, cùm inquit,

---Torquet medios nox humida curſus:
Et me ſæuus equis Oriens afflauit anhelis.

Hîc vero etiam monere non erit alienum Iulij Cæſaris ordinationem, quod ad anni rationem attinet, ad hæc noſtra vſque tempora tota Europa quæ Chriſtum agnoſcit, fuiſſe obſeruatam: Nec vllam adhuc (etſi ab illo in hunc diem mille quingenti & ſeptuaginta anni effluxerint) hactenus à noſtris plus ſatis in hac re veternoſis Pontificibus emendationis curam diligentiamque fuiſſe adhibitam. licet res ipſa iampridem emendationem efflagitet & correctione egere videatur.

Ioannes Geneſius Sepulueda in fine Commentariorum in cap. 12. li. 5. Politicorum Ariſtot. ſcribit ſe libello ſeparatim huic quæſtioni dicato declarauiſſe anni Romani multifariam deprauati initium ab ipſa Bruma ſeu Brumali Solſtitio (quo die, inquit, Chriſtus natus eſt) nouo ſcz. Sole faciẽdum eſſe, & ita

redigen-

redigendum, vt in eundem diem Bruma & Chriſti Natale & Calendæ Ianuarij cõgruerent. Id an præſtiterit neſcio: & vt præſtiterit, quomodo id fieri aut poſſit aut debeat, nõ video.

Menſium Romanorum tota ferè Europa vſurpatorum nomina, ordo & dierum numerus.

	Dies habet.		Dies habet.
Ianuarius. A.	XXXI	*Iulius.* G.	XXXI
Februarius. D.	XXVIII	*Auguſtus.* C.	XXXI
& in Biſſexto	XXIX	*September.* F.	XXX
Martius. D.	XXXI	*October.* A.	XXXI
Aprilis. G.	XXX	*Nouember.* D.	XXX
Maius. B.	XXXI	*December.* F.	XXXI
Iunius. E.	XXX.		

De his XII. menſibus Ouidius Faſto. I. ſic cecinit,

Martis erat primus menſis, Venerisque ſecundus,
  Hæc generis prĩceps, ipſius ille pater.
Tertius à ſenibus, iuuenum de nomine quartus.
  Quæ ſequitur numero turba notata ſuo eſt.

At Numa nec Ianum nec auitas præterit vmbras,
Menſibus antiquis præpoſuítque duos.

Iam quod ad dies ſingulorum menſium attinet, Romani eos in tres ordines diſtribuebant, in Calendas, Nonas & Idus. à quibus nominibus dies ipſi denominationẽ accipiebant. Ac primus quidem dies cuiuſlibet mẽſis Calendæ dicebatur. ſequentes vt minimum quatuor, vt ſummùm ſex, (nam quidã menſes Nonas tantùm quatuor habent: quidam ſex) Nonarum nomen accipiunt. qui inde ſequuntur dies, Idus vocantur: qui in quolibet menſe octo ſunt. Reliqui in finem menſis dies numero addito Calendæ dicuntur. vt decimoſeptimo Calẽdas, decimoſexto, decimoquinto: & ſic deinceps ordine retrogrado & imminuto, ſeu numeros diminuendo dum ad vltimum diem menſis veniatur, quo non ſecundo Calendas ſed pridie Calẽdas dicimus. quòd ſecundus à verbo ſequor dicatur: vltimus autem dies menſis præcedat primũ diem ſeu Calendas ſequentis mẽſis, non autem ſequatur. Macrobius hac de re ita, Latij verò veteres incolæ quia nihil Cap. 19. l. 1. Satur. *iam tũ ab Ægyptiis diſcere licebat, ad quos nullus illis commeatus patebat, morẽ Græciæ*

in menſium numerãdis diebus ſequuti ſunt, vt retrouerſum cedente numero ab augmento in diminutionem computatio reſoluta deſineret. Ita enim nos decimum diem deinde nonum, vt Athenienſes δεκάτην καὶ ἐννάτην φθίνοντος μηνὸς *ſoliti ſunt dicere. Notãdum verò eſt quòd in his formulis dicendi, decimoſeptimo Calendas, decimoſexto Calendas & ſimilibus compendioſè loquimur & defectuoſé. deficit enim præpoſitio* ante, *à qua accuſatiuus Calendas dependet & regitur. vt integra ſit oratio, decimoſeptimo aut decimoſexto die ante Calendas, hoc eſt, primum diem mẽſis denominati, Maij verbi gratia, aut Iunij, aut alterius. Similiter cùm dicimus ad octauum, ad ſeptimum Calendas Aprilis, ſubaudimus* diẽ ante*: vt ſit, ad octauum vel ad ſeptimum diem ante Calendas Aprilis. Vnde liquet Calendas menſis eſſe in menſe antecedenti: ſic Calendæ Ianuarij in Decembri ſunt: Calendæ Februarij in Ianuario: & ſic de cæteris.*

Quot autem Calendas, quot Nonas, quot Idus quilibet menſis habeat, his verſibus diſces,

Sex Maius Nonas October Iuli⁹ & Mars,
Quatuor at reliqui. tenet Idus quilibet octo.

Inde dies reliquos omnes dic eſſe Calendas·
Nomen ſortiri debent à menſe ſequenti.

Verſibus his noſcas menſis cuiuſq; Calendas.
q 16 *Tantum, tendebat, quod,regni,ſumma, re-*
r 17 *gebat.*
ſ 18 *Sanctus,rex,talis,ſapienter,regna,ſubegit.*
t 19

Duo vltimi verſus (vt de prioribus ſatis facilibus taceam) artis ſunt, ſuis tantùm primis & capitalibus literis vtiles & notandi: cætera nullum ſenſum habentes. Ambo verſus duodecim dictionibus conſtant,quarum ſingulæ ſingulis menſibus attribuuntur. prima ſcilicet Tantum,primo menſi ſcilicet Ianuario : ſecunda dictio ſcilicet Tendebat, ſecundo menſi Februario: & tertia tertio menſi: & ſic deinceps. Tãtum ergo, quæ prima eſt dictio, Iãuario attribuitur: Tẽdebat, Februario: Quod Martio, Regni Aprili: cæteræ dictiones cæteris mẽſibus eodem ordine. Dictio ergo Tantũ quæ Ianuario attribuitur, & dictio Tẽdebat, quæ Februario, ſignificat Ianuariũ & Februarium tot Calendas habere quota T. earum dictionum litera capitalis eſt in ordine Alphabeti. T. autem in Alphabeti ordine decima nona eſt: vnde colligere licet Ianuario & Februario Calendas nouemdecim eſſe tribuendas. Sic quia litera Q. capitalis

tertiæ

tertiæ dictionis in primo verſu, in ordine literarum decima ſexta eſt, quæ Martio tribuitur, fit vt Martio ſedecim Calendas tribuere oporteat. Id quod in cæteris quoque mẽſibus pro dictionum ordine & literarum initialiũ ſeu capitalium numero obſeruandum & faciendum eſt. Sed memineris Tantum Decẽbri attribuendũ: Tendebat Ianuario: Quod Februario: Regni Martio: Sũma Aprili. quòd in Decembri Calẽdæ ſint Ianuarij: in Ianuario Februarii: in Februario Martii: in Martio Calendæ Aprilis ſint, & cæterorum ſimiliter.

Calendæ ergo primus cuiuſuis menſis dies eſt: deducta verò dictio eſt à verbo Græco καλῶ, quod voco ſignificat: quia antiquitus primo cuiuſlibet menſis die populus in Calabram curiam calabatur, id eſt, vocabatur per præconem, accepturus cauſas feriarum à rege ſacrorum. qui præter cætera etiam quot dies à Calendis ad Nonas eſſent, pronunciabat: Itẽ & quid eo menſe faciendum eſſet, quod ad religionem ſpectaret. Apud Varronem libro ſecundo de lingua Latina, vbi de Calendis agit, locus adeo corruptus eſt, vt ei medicinam facere non potuerim. Nonius Marcellus, Itaque Calendis Calendabantur, id eſt, vocabantur, & ab eo Calendæ appellatæ.

quod à Græcis tractum eſt qui καλεῖν voca-re dixerunt. Cùm autem in enumeratione menſtruorum dierum Nonæ & Idus Calendas antecedant, eáque Calendarum conditio ſit, vt præter vnũ, primum ſcilicet cuiuſque menſis diem, reliquæ alterius menſis ſint: in enumeratione tamen trium illarum men-
Turneb. l. 15. cap. 14. *ſis partium cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas & Idus Calendas nominarent. Itaque Nonas, Idus, Calendas dicebant. ne ſi ſecus nominarẽt, malè ominoſum eſſet: Cicero tamen in Verrem Calendis, Nonis & Idibus dixit. In quem locum Aſconius quædam annotat, quæ ſubobſcura ſunt. credo quia ea vetuſtas delere conata eſt. verba Aſconij ſunt hæc, Religioſo omine nominat multitudo Nonas, Idus, Calẽdas: Cicero Ca-*
In Verrẽ. *lendis, Nonis, Idibus dixit. quanuis hoc pronuntiatione ſoluatur, ac temporum diuiſione hoc dici videre poſſimus. Ea Aſconij verba ſiue integra ſint, ſiue corrupta, hunc tamẽ ſenſum habere mihi videntur, Quod Cic. contra vulgi conſuetudinẽ, religionis parũ memor (ſi ea religio ac non potius ſuperſtitio dicenda eſt, qua diligenter cauebant Romani ne Calendas primo loco: ſecundo, Nonas: tertio, Idus nominarent, quòd id & malè ominoſum eſſe & neſcio quid ſiniſtri portende-*

re

re exiſtimarent) Calendis, Nonis & Idibus dixerit, conſuetum ordinem inuertens, id excuſari vſquequaque poſſe videatur. Nimirum hoc pronũtiatione, inquit Aſconius, ſolui poſſit, id eſt, excuſari Cicero poſſit quòd curſu orationis abreptus, quod ſuperſtitionis eſſet minimè ſeruarit. aut verò quòd ipſemet Cicero ad diuiſionem temporis potius (ſic enim menſem diuidimus vt Calendas primo loco: Nonas ſecundo: Idus tertio nominemus) quàm ad vel religionem, ne dicam ſuperſtitionem, reſpectum habere voluerit.

Nonæ dictæ ſunt vel ab eo quòd à Nonis ad Idus nouem dies ſupputentur, vel quòd Nonæ initiũ eſſent nouæ obſeruationis, vel à nundinis quæ per tot dies durabant quot eſſent Nonæ. Scribit Columella, Manifeſtum eſſe nundinarum conuentus propterea vſurpatos vt nonis tantummodo diebus res vrbanæ agerentur, reliquis adminiſtrarentur ruſticæ. Illis enim temporibus, inquit, Proceres ciuitatis in agris morabantur & cùm Cõſilium publicum deſiderabatur, à villis in Senatum accerſebantur. Lib. 1. rei ruſticæ numero 7. præfationis.

Idus à verbo antiquo & Hetruſco Iduare, quod diuidere ſignificat, quidã deducunt. quòd ſcilicet Idus menſem medium diuidãt

quod tunc temporis ferè fiebat, cùm Calendæ & Neomenia in eundem diem recidebant. & in menſibus ſex Nonas habentibus id ſemper contingebat.

In probl. Romanis 22. aut 23. problem.

Plutarchus aliam horum nominum rationem reddit his verbis,

*Cur tria menſis principia & dies quaſi quoſdam legibus præſtitutos habēt (*Romani*) qui dierum idem interuallum in medio capiunt? An illud verum eſt quod Iuba in hiſtoria ſcribit, Magiſtratus Calendis populū vocare & in quartum diem Nonas indicere ſolitos eſſe? Idus enim diem religioſum putabant. An illud magis quòd Lunæ varietatibus tempora deſcribentes, treis omnino ſingulis menſibus Lunæ mutationes fieri animaduertebant: primam cùm Soli congreſſa penitus occultatur. deinde cùm Solis radios ac lumen elapſa ab occaſu incipit apparere: poſtremo cum Solaribus radiis colluſtrata plenilunium efficit. Nominăt antē (*Romani*) Lunæ occultationem cùm ſcilicet non apparet, Calendas: Quicquid enim occultè fit, clam fieri & celari Latinè dicitur. Primam verò Lunā Nonas appellant, iuſtiſſimo quidē nomine* Νουμηνίαν οὖσαν· καὶ γὰρ αὐτοὶ τὴν νέον καὶ καινὸν ὥσπερ ἡμεῖς προσαγορεύουσιν. *i, vt quæ Neomenia ſit. etenim ipſi (*Romani*) nouū vt &*

1 Σύνοδος Νουμηνία. 2 Μηνοειδὴς 3 Πανσέληνον.

Plutarchi codex corruptus eſt quem defectu codicis Græci reſtituere non potui.

nos

νος νέον & χαινὸν, vocant. Idus autē aut propter ſpeciē & undiq; collucētis Lunæ pulchritudinē, aut cognomē illud Ioui attribuentes. Sed certiſsimū dierū numerū exequi nō opus non ex eo quòd parū abeſt calumniari. quādoquidē vel hoc tēpore quo ad ſummū Aſtrologiæ peruentū eſt, inæqualitas tamē temporū, Mathematicorū peritiā vincit. ac eorū numeros & ſupputationes ſæpiſsimè fallit & fugit. Hactenus Plutarch. qui fortè ridiculus cuipiā videri poſsit, quòd Calēdas inepta & tāto viro indigna etymologia à verbo Latino Celo deduci poſſe ſcribit: Quaſi verò Luna Calēdis ſēper occultetur & clā fiat, ac nō etiā aliquādo iiſdē plena, aut, vt cōtingit, alio aliquo modo affecta ſit. Idē & de nomine Idus dici etiā poſsit. nam Idus quaſi ἀπὸ τ̃ εἴδους. i, à ſpecie & pulchritudine, propter Lunæ tunc collucētis ſpeciē & pulchritudinē, nomen illi tertiæ parti mēſis attributū eſſe dicit: vnde & quidā Eid' per diphthongū EI *potius q̄ Idus per ſimplex* I *ſcribendū eſſe cenſent. Nonas verò quaſi Nouas à* Νέω. *i, nouo idem auctor deriuare videtur. Verū .n. Plut. à calumnia fortè vendicari poſsit, ſi quis cōſideret ipſum reſpexiſſe ad id quòd veteres Rom. ad Lunæ curſum menſes ſuos exigebāt. & tum primā Lunæ viſitationem primumq; eius lumē diē*

Calendarum effeciſſe, id eſt, Calendas cum Nouilunio ſeu Νουμηνίᾳ concurriſſe. item & Nonis ipſam cauam ſeu falcatam in ſinum fuiſſe & quaſi nouam: Idibus autem ipſam plenam & pleno orbe lucentem eóque ſpecioſiſſimam & pulcherrimam fuiſſe.

Porro Καλενδῶν Ἰουλίων καὶ Ἰδῶν, *id eſt, Calendarum Iulij & Iduum meminit Galenus ex Hera. cap. 2. lib. 1 compoſitionis pharma. ſecundum locos, numero. 2.*

Nominum menſium Romanorum ratio.

IANVARIVS. A

Ianuarius à Iano bicipiti deo dictum volunt. quod & adnotat Varro lib. 2 de lingua Lat. apud quem principe deo pro bicipiti malè legitur. Scribit Macrobius, Ianuarium eſſe bicipitis dei menſem reſpicientem ac proſpicientem tranſacti anni finem, futuríq; principia. à Numa introductum, qui, vt & antè in anno Numæ ex Plutarcho dictum eſt, ordinem menſium immutauit, Martio, qui antè primus fuerat, tertium tribuens locum. De hoc Plutarch. problematum Rom. problemate 17, ita proponit & quærit,

Quid

Quid eſt quòd Ianuarium Romani principium anni faciunt? Antiquis enim temporibus Martius primus omnium numerabatur. quod cùm multis ſignis perſpici poteſt, tū eo maximè quòd quintum à Martio & ſextum, & reliquos deinceps vſque ad extremum à Martio numerāt: Decembrem enim nouiſſimum appellant, à Martio ſcilicet recēſentes. Ex quo nonnulli opinati ſunt veteres Romanos non XII*, ſed decem menſibus annum compleſſe. & ob eam rem quibuſdam menſibus plures quàm triginta dies addidiſſe. Sunt qui monumentis literarum mandarunt Decembrem à Martio decimum cōputari: hunc & deinceps ſequi Ianuarium: Februarium eſſe in quo & purgationibus vtuntur & mortuis parentant anno finiente. Hunc poſtea ordinē immutatum eſſe cōſtat. & Ianuarium primum omnium numerari cœptum. quòd primo eius menſis die (quē Calendas Ianuarias appellant) primi Conſules exactis regibus creati ſunt. vnde Plutarchus* In Mario. *ſcribit, Marium Calendis Ianuarij (quod initium, inquit, anni Romani eſt) ex Africa cum exercitu trāſuectum, Conſulatum occœpiſſe, &c. Veriſimilius illud quod quidam dicunt, Martium à Romulo primum omniū fuiſſe numeratum, quòd homo acer & belli-*

coſus atque adeo bellandi amore inſanus Marte ſatum ſe eſſe exiſtimans parentis ſui cognomen cæteris menſibus præponendũ cenſuit. Numa Pompilius deinde vir pacatus & pacis atque ocij ſtudioſus, cùm ciuium animos à bello ad agriculturam traducere contendiſſet, Ianuario inter mẽſes principatum dedit: & Ianum quaſi ciuilem & agriculturæ magis quàm rei bellicæ ſtudioſum ad ſummos honores cultumque prouexit. Sed vide ne Numa Pomp. magis conſentaneum naturæ, quantum ad nos attinet, anni principium ſumpſerit. Omnino enim eorum quæ in circulo circunferuntur, nihil eſt quod aut natura extremum ſit, aut primum: ſed lege factũ vt alij aliud ſtatuant anni principium. Optimè verò qui poſt hybernum tropicũ annum inchoant, cùm Sol finem vlterius progredi faciat, rurſus ad nos ſe recipit. fit enim naturale quodammodo huiuſmodi principium quo & lucis tempus nobis augetur, tenebrarum verò & noctis diminuitur. princeps deniq; & totius ſubſtãtiæ fluxæ auctor propius accedit.

Problem. Rom. 20. *Idem etiam ibidem quærit, Cur Ianũ bifrontem eſſe autumant? ſic enim eum & fingunt & pingunt. An quòd Græcus Perrhebus fuit? ſic enim literis proditum eſt. Is poſtea cùm in Italiam traieciſſet & apud Barbaros*

baros conſediſſet, linguam ſimul cum victu commutauit. An illud potius quòd Italos agreſtes ac Barbaros ad vitã humanitatẽ cultumq́; traductos, & agros colere & rempub. adminiſtrare inſtituit.?

Meminit & idem auctor eiuſdem menſis etiam problemate 53, Quid eſt, inquit, quòd Idib. Ianuariis permiſſũ eſt vt tibicines muliebri habitu vrbem luſtrent? Tu ſi placet vide locum apud ipſum Plutarchum.

*F*EBRVARIVS. D.

Hunc ſecundum menſem inſtituiſſe Numam Februóque deo, qui luſtrationum potẽs creditur, dicauiſſe tradit Macrob. Luſtrari au Cap 14. *tem eo menſe neceſſe erat ciuitatem, quo ſta-* 1. Satur. *tuit vt iuſta diis manibus ſoluerẽtur. Varro,* De lingua *Februarius, inquit, ab diis inferis appellatus:* Lat. 2. *quòd tum his parentent. ego, inquit, magis arbitror Februariũ dici à die Februato. quòd tum februatur populus .i, à Lupercis nudis luſtratur: & idem alio loco, Cùm rex ferias menſtruas Nonis Februarij dicit, hunc diem Februatum appellat: Februum Sabini purgamentum: Hæc Varro. Cæterũ Februũ deum nonnulli Plutonem vocant. Plutar. Februa-* In Numa. *rius quaſi Luſtralis dictus eſt. Expiationem enim Februa ſignificant & tunc mortuis parentant. Vnde Ouidius,*

At Numa nec Ianum nec auitas præterit vmbras.

Sciendum verò etiam eſt veteres Romanos Februarium nō ſolùm duodecimum & vltimum menſium conſtituiſſe: ſed & viceſimum tertium eiuſdem diem vltimū totius anni effeciſſe, eóque quia terminus anni eſſet, Terminalia appellauiſſe. ac poſt ipſa eorū dierum numerum, qui ad annuam Solis rationem deeſſent, intercalauiſſe. cuius dicti & Varronem & Ouidium teſtes habeo. Varro, Terminalia, quòd is dies anni extremus conſtitutus. duodecimus enim menſis fuerit Februarius, &c. Ouidius Faſto.2,

Locus hic corruptus apud Varronem l.2. de lingua Lat.

Qui ſequitur Ianum veteris fuit vltimus anni.

Tu quoque ſacrorum Termine finis eras.

Lib. 2. de legibus.

Sed & Cicero hæc habet, Sed menſem, credo, extremum anni, vt veteres Februarium, ſic hic (Decius Brutus) Decembrem ſequebatur. Huius rei rationē reddit Plutarchus in problemat. Rom. his verbis, Quid eſt quòd cùm cæteri Romani Februario mortuis inferias mittere & parentare conſueuiſſent, Decius & Brutus, vt Cicero ſcribit, id Decēbri faciebant? Hic autem fuit primus qui Luſitaniam inuaſit: qui Lytham flumen primus

Probl.31.

Legēdum D. Brutus faciebat.

mus traiecit. An quia vt veſperi & menſe exacto multi parentare conſueuerunt, ſic in fine anni menſe nouiſſimo mortuos honore & inferiis proſequebantur? eſt autem Decem ber menſium omnium extremus: & quæ ſequuntur. Sanè in fragmentis legum Duodecim tabularum ſic habetur,
Vt menſis Fe- "
bruarius qui Numæ inſtituto poſtremus erat, "
deinceps eſſet. vtique eo menſe poſt Termina "
lia alternis annis eorum dierum qui ad an- "
nuam Solis rationem deeſſent intercalatio "
fieret, &c. Hanc verò intercalationem alter "
nis annis dierum viginti duorum: alternis viginti trium fuiſſe notat Macrobius. Cap. 15. Satur. 1. *Porrò hos dies Cato ille M. Porcii filius, (quem egregios de iuris diſciplina libros reliquiſſe auctor eſt Gellius) menſem Intercalarium nominat: quem addititium eſſe putat. omneſque eius dies pro momento obſeruat, extremóq; diei menſis Februarij attribuit. vt tit. De rerum & verborum ſignificatione, L. 98. Id verò Macrobius Græcorum imitatione factum credit, qui mẽſes ſuos Embolimos ad anni ſui finem, vt antè dictum eſt, intercalabant. Quanquam vna re, inquit ille, à Græcis differebant Romani, quòd illi confecto menſe vltimo: Romani non confecto Februario, ſed poſt viceſimum tertiũ eius diem*

intercalabant, Terminalibus iam peractis. cùm reliquos menſis Februarij dies, qui erãt quinque ſubiungebant vetere ſuæ religionis more, vt Februarium omnino Martius ſequeretur. Hunc verò intercalarium menſem Iulius Cæſar poſtea ſuſtulit, effecítque vt annus tandem dierum trecentorum ſexaginta quinque eſſet, ac vnus dies quarto quoque anno intercalaretur: vt eſt apud Suetonium in Iulio. Cæterùm anno in eam etiam quam hodie retinemus formam redacto, viceſimus quartus Februarii dies, qui intercalationi dicatus eſt, priores Calendæ intercalares dicebatur. ſicuti & viceſimus quintus, vt coniicere eſt, poſteriores. quanquam totos reliquos à viceſimo quarto dies in finem menſis ita etiam appellatos fuiſſe iure fortaſſe quis contendat. Cicero ad Ligarium, Ego idem, inquit, cùm ad ſecundum Calendas intercalares priores rogatu fratrum tuorum veniſſem ad Cæſarem, &c. Significat Cicero ſe diebus duobus ante Calẽdas intercalares priores .i. ante viceſimum quartum Februarii veniſſe ſecundo ad Cæſarem: id autem eſt viceſimo ſecũdo die Feb. Nam hic dies biduo antecedit XXIIII, *Februarij: vt priores dixerit ad differentiam poſteriorum Calendarum intercalarium, id eſt, viceſimi quinti, revera in-*

Epiſtola 14. lib. 6. epiſtolarũ ad Lentulum, & alios.

terpoſititij

terpoſititii & intercalarii, vel etiam illorum dierum qui ab illo ſunt ad Calendas vſque Martias. Cæterùm viceſimus quartus Calendæ priores intercalares abuſiuè dicitur. quippe re vera poſterior nō prior intercalatur, ſed quia is intercalationem proximè antecedit, imò verò vnus & idem eſt cum intercalario, iccirco priores Calendæ intercalares dicitur. Quod & notandum in poſterioribus Calendis. i. his diebus quibus à viceſimo quarto incipientes dicimus ſexto, quinto, quarto, tertio, pridie Calēdas Martias. quòd ſcz. ij dies intercalationē ſequantur potius quàm quòd intercalentur. quo ſenſu menſis Februarius etiā mēſis intercalaris dicitur: nō quòd totus intercaletur: ſed quòd eo ipſo intercalatio fiat. Iuxta quod ſignificatū verè Q. Mutius dixit: Menſis, inquit, intercalaris cōſtat ex diebus XXIX. *Contrà alio ſenſu menſis ille dierum viginti duorum aut viginti trium (quem alternis annis ſolitum eſſe intercalari ſuprà dixi) intercalaris dicebatur, quòd totus ſcilicet intercalaretur: vt intercalaris menſis duplicem hunc intellectum habeat: ſitq; vel qui totus intercalatur: vel etiam quo fit intercalatio. De intercalatione ſeu Biſſexto Celſus Iureconſultus in hæc verba, Quum Biſſextus Calendis eſt,* Lib. digeſtorum 28. le.98.

" *nihil refert priore an poſteriore die quis nat⁹*
" *ſit: & deinceps ſexto Calendas eius natalis*
" *dies eſt. Nam id biduum pro vno die habe-*
" *tur. ſed poſterior dies intercalatur non prior.*
Locus Iuriſc. explicatus. " *Ideo quo anno intercalatũ non eſt ſexto Ca-*
" *lendas natus: cùm Biſſextus Calend. eſt, pri-*
" *orem diem natalem habet.* *Hæc verba ſatis implexa & conciſa breuitate antiquitati toti conſueta eóque obſcura, hunc mihi ſenſum habere vidētur, Quoties Biſſextus eſt (is autem quarto quoque anno in ſextum Calendas Martias incidit & is dies* Calendæ intercalares *dicitur) duo dies ꝓ vno occurrũt, prior ac poſterior intercalarius. Etſi autē duo dies eſſe videntur, vnius tamen loco habentur & in vnum coincidunt: ita vt poſterior ſolum momentum temporis occupet, & cum priore ita confundatur, vt nō abſurdè ſi quis, verbi gratia, poſteriore natus ſit, is & ſexto Calendas Martias & priore die natus eſſe dicatur. vt in ſumma nihil referat vtro quis natus ſit, priore an poſteriore: cùm vtrouis natus priorem ſemper natalem habeat. Certè vterque dies in Ephemeridibus eadē Alphabethi litera notatur, nempe* F. *quæ anno Biſſextili in iiſdem geminari ſolet, eóque tum bis ſexto Calendas Martias (vnde* Biſſextiappellatio vnde. *& Biſſexto nomen) dicere compellimur,*

vtrique

vtrique diei eandem appellationem tribuentes. vt iis argumentis id biduum pro vno eodémque die haberi conſtet, ac neque poſteriorem computari. Porro intercalationis etiam meminit Cato in lib. de re ruſt. numero 150. eius dico intercalationis quæ ferè ſolidum menſem capiebat. Intercalatio apud Catonem.

MARTIVS. D.

Hunc primum menſem in Romuli ordinatione fuiſſe ac eundem Marti ſuo genitori dicauiſſe pluribus antè in Romulo & pòſt ſparſim in Ianuario ex Plutarcho & Ouidio oſtendimus. Feſtus Pomp. Martius menſis initium anni fuit & in Latio & poſt Romam conditam eo quòd gens erat bellicoſiſſima: cuius rei teſtimonium eſt quòd poſteriores mẽſes, qui annum finiũt, à numero appellati vltimum habent Decembrem.

APRILIS. G.

Hunc menſem aliÿ ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id eſt, à ſpuma vnde Venus orta creditur: aliÿ ab ipſa Venere, quam Aphroditim Græci dicunt, deductum volunt. Sacra enim huic deæ hoc mẽſe fiunt: Plutarcho in Numa. Et Varro, Secũdus mẽſis (ſcilicet Aprilis) vt Fuluius ſcribit & Iunius Gracch. à Venere, quòd ea ſit Ἀφροδίτη. Cuius nomen, inquit, magis puto dictum quòd Ver omnia aperiat, Aprilem. 2. de ling. Latin.

Hanc Romuli rationẽ fuiſſe aſſerunt vt hũc Aprilem nominaret qui ſecundus eſſet, quòd primum à patre ſuo Marte: ſecundum à Venere AEneæ matre nominãdum putaret: alii Aprilem quaſi Aperilem dictum volũt. Nam cùm ferè ante AEquinoctium Vernum triſte ſit cælum & nymbis obductum: ſed & mare nauigantibus clauſum, terra etiam ipſa ſit aut aqua aut pruina aut niuibus cõtecta, aut gelu etiam indurata, vt omnia emortua videantur: ea tamen omnia Verno tempore ita miteſcunt, vt Aprili terra ſeſe aperiat, & plantæ cùm flores tum folia pandant & ipſæ etiam aperiantur. Cùm ergo plantæ omnes hoc tempore aperire ſe in germen incipiant, ídque maximè Aprili contingat, his de cauſis Aprilem quaſi Aperilem dictum eſſe meritò quis credat. Quod & notat Plutachus in Numa: Et Ouidius libro quarto Faſtorum,

Sed Veneris menſem Græco ſermone notatũ
Auguror, à ſpumis eſt dea dicta maris.

De Apriliplura vide eo loco apud Ouidium.

MAIVS. B.

Hunc tertium Romulus poſuit in anni or- Plutarch. in Numa. *dinatione. quem, quia populum in maiores iunioreſq́ꝫ diuiſiſſe ferũt, vt alia pars conſilio, altera*

altera armis rempublicam tueretur, in hono rem vtriuſque ætatis hunc Maium, illum Iunium nominauiſſe. Alii à Maio deo qui idẽ Iuppiter eſt. Alii à Maia Vulcani matre & Mercurii, cui ſacer eſt hic menſis, dictum volũt. quod etiam notat Plutarchus : qui etiam in problematis Romanis quærit, Quid eſt, inquit, quòd Maio menſe circa pleniluniũ, de ponte Sublicio ſimulachra in Tyberim iacientes, Argeos ea quæ deiiciuntur appellãt? &c. Et ibidem pòſt, Cur menſe Maio vxores non ducunt (Romani?) An quòd intèr Aprilem & Iunium medius interiectus eſt: quorum quum alter Veneri, Iunoni alter dicatus ſit, deabus ſcilicet quæ nuptiis præſunt, aut parũ antè capiũt, aut parum expectant? An quòd hoc menſe maximo piaculo vtuntur, effigies modò de ponte deiicientes cùm prius homines conſueuiſſent? Vnde flaminicam Iunonis ſacerdotem triſtem eſſe eo tempore: quippe quæ vt eo menſe nullo cultu vtantur moris eſt. An quòd plerique Latinorum hoc menſe mortuis parentant, & ob eam cauſam Mercurium quoq; eodem menſe venerantur, qui Maiæ cognominis eſt? An, vt quidam dicũt, Maius à maioribus natu appellatus eſt, Iunius à iuniorib⁹? Nuptiis verò accõmodatior eſt iunior, vt inquit Eurip. nã ſenectus Ve-

In Numa.

Probl. 29. & 84.

nerem valere iubet, ipſaque Venus ſenibus infenſa eſt. Abſtinent igitur Maio nuptiis, Iunium expectantes qui Maium ordine excipit: Hactenus Plutarchus. Varro, Tertius à maioribus Maius: Quartus à iunioribus Iunius. Feſtus Pomp. Maius menſis in compluribus ciuitatibus Latinis ante Vrbem cond. fuiſſe videtur: qua ex cauſa vtrum à maioribus, vt Iunius à iunioribus, dictus ſit, an à Maia quòd ſcilicet Mercurio filio eius res diuinæ fiant ſolennes? an quòd ipſi deæ in multis Latinis ciuitatibus ſacrificia fiebãt ipſo menſe deſinente? Idem, Idus Maij, inquit, mercatorum dies feſtus erat, quòd eo die Mercurii ædes eſſet dedicata.

IVNIVS. E.

Feſt. Põp. *Iunius vel à iunioribus, vt ſuprà dictum eſt, vel per ſyncopẽ à Iunonius & Iunonialis quo nomine antea vocabatur. Nam Iunonis Monetæ ædes Calendis Iunii dedicata eſt. Alij à Iunio Bruto qui primus Romæ Conſ. factus eſt, dictum volunt. quòd hoc menſe, id eſt Calendis Iunij, pulſo Tarquinio ſacrum Carnæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Vide quæ paulò antè ex Ouidio citauimus de hoc menſe.*

IVLIVS. G.

Hic menſis in Romuli ordinatione quintum

tum in ordine locum tenebat. vnde & Quintilis tum dicebatur. Varro, Dehinc quintus, Quintilis: & ſic deinceps vſq; ad Decembrē à numero. Sed poſteà in honorem Iulij Caſ. Imperatoris primi Iulius eſt appellatus. & quòd ad quartū Idus ipſius mēſis idē Iulius eſſet procreatus. Plutar. in problematis Romanorū, Cur Idibus Sextilis diem feſtum agunt ſerui ac ſeruæ omnes? Vxores aūt capita nudare ac lauare conſueuerunt? An propter Seruium regem quem eo die ſerua natum & in lucem editum ferunt, vacationem ab opere habent ſerui? Capitis autem lauatio ab ancillis cœpta propter diem feſtū ad liberas quoque proceſſit, &c. Feſtus Pomp. Probl. 98.

AVGVSTVS. C.

Hic & Sextilis etiam antea vocabatur. quòd ſextum in anni ordinatione à Martio inita ſupputatione locum tenebat. Mutato tamen poſtea nomine in honorem Auguſti Cæſaris Imperatoris ſecundi Auguſtus dictus eſt de eius nomine: & quòd Auguſtus eo menſe primum Cōſulatum iniiſſet, & tres triūphos in vrbem intuliſſet: quòd item AEgyptus hoc menſe in populi Romani poteſtatem ab eo redacta eſſet. Plutarchus in Problematis Rom. Probl. 35.

Quid eſt quòd Metellus Pont. Max. factus alioqui prudens ac ciuilis poſt Sextilem mēſem, qui nunc Auguſtus dicitur, vetuit auſpicari? &c.

SEPTEMBER. F.

OCTOBER. A.

Septembrem & Octobrē Domitianus ſuis cognomētis inſigniuit. ſed non diu ita vocati ſunt. ſtatímque poſt cædē eius priſtina nomina recuperauerunt. Soli poſtremi duo ſuas ſemper appellationes retinuerunt:

NOVEMBER. D.

DECEMBER. F.

Hi quatuor poſtremi menſes ordinis quiſque ſui nomen retinuere. Ex quo facilè intelligere licet Romanos initio non duodecim ſed decem tantùm menſes habuiſſe & Martium primum fuiſſe. quod & notat Plutarchus in Numa. ideirco enim September dicitur, quòd à Martio ſeptimus ſit: October quòd octauus: Nouember quòd nonus ab imbre, id eſt à bruma ſeu poſt brumam ſit, id eſt

imbrem & hyemē. Eſt enim imber pluuiæ aūt grandinis lapſus & agmen. qua ſignificatione imbrem pluuiæ & imbrem grandinis dicimus. Erat verò tum Martius poſt imbrem primus, & ab eo inita ſupputatione menſis hic, verbi gratia, September, ille October dictus eſt. Ordinis videlicet quiſque ſui nomen à Martio retinentes ex numero. Sed quod ad Decembrem attinet vide quæ de eo antè ex Plutarcho in Februario diximus. Imber.

Finis tractationis anni Romani.

Ianuarius habet
dies XXXI.

1 Calēdæ Ianuarij
2 Quarto Nonas
3 Tertio Nonas
4 Pridie Nonas
5 NONÆ
6 Octauo Idus
7 Septimo Idus
8 Sexto Idus
9 Quinto Idus
10 Quarto Idus
11 Tertio Idus
12 Pridie Idus
13 Idus
14 Decimo nono
Calendas Februarij
15 Decimo octauo
16 Decimo ſeptimo
17 Decimo ſexto
18 Decimo quinto
19 Decimo quarto
20 Decimo tertio
21 Duodecimo
22 Vndecimo
23 Decimo
24 Nono
25 Octauo
26 Septimo
27 Sexto
28 Quinto
29 Quarto
30 Tertio
31 Pridie Calendas Februarij

Februarius dies
habet XXVIII.&
Biſſexto XXIX.

1 CAL. Februarij
2 Quarto Nonas
3 Tertio Nonas
4 Pridie Nonas
5 NONÆ
6 Octauo Idus
7 Septimo
8 Sexto
9 Quinto
10 Quarto
11 Tertio
12 Pridie Idus
13 Idus
14 Decimo ſexto
Calendas Martij

15 XV. *Calēd. Mar.*

16 XIIII

17 XIII

18 XII

19 XI

20 X

21 IX

22 VIII

23 VII

24 VI

25 V

26 IIII

27 III

28 *Pridie Calendas Martias*

Martius habet dies XXXI.

1 *Calendæ Martij*

2 *Sexto Nonas.*

3 *Quinto Nonas*

4 *Quarto Nonas*

5 *Tertio Nonas*

6 *Pridie Nonas*

7 *N*ONÆ

8 *Octauo Idus*

9 *Septimo*

10 *Sexto*

11 *Quinto*

12 *Quarto*

13 *Tertio*

14 *Pridie*

15 *Idus*

16 XVII *Cal. Apr.*

17 XVI

18 XV

19 XIIII

20 XIII

21 XII

22 XI

23 X

24 IX

25 VIII

26 VII

27 VI

28 V

29 IIII

30 III

31 *Pridie Calēd. Aprilis.*

Aprilis habet dies XXX.

1 CAL. *Aprilis*

2 *Quarto Nonas*
3 *Tertio Nonas*
4 *Pridie Nonas*
5 *NONÆ*
6 *Octauo Idus*
7 *Septimo Idus*
8 *Sexto Idus*
9 *Quinto Idus*
10 *Quarto Idus*
11 *Tertio Idus*
12 *Pridie Idus*
13 *IDVS*
14 XVIII *Cal. Maij*
15 XVII
16 XVI
17 XV
18 XIIII
19 XIII
20 XII
21 XI
22 X
23 IX
24 VIII
25 VII
26 VI
27 V
28 IIII
29 III
30 *Pridie Cal. Maij*

Maius XXXI. dies.

1 *CAL. Maij*
2 *Sexto Nonas*
3 V
4 IIII
5 III
6 *Pridie Nonas*
7 *NONÆ*
8 *Octauo Idus*
9 VII
10 VI
11 V
12 IIII
13 III
14 *Pridie Idus*
15 *IDVS*
16 XVII *Cal. Iunij*
17 XVI
18 XV
19 XIIII
20 XIII
21 XII
22 XI
23 X

24 IX
25 VIII
26 VII
27 VI
28 V
29 IIII
30 III
31 *Pridie Calendas Iunij.*

Iunius dies habet XXX.

1 CAL. *Iunij*
2 *Quarto Nonas*
3 *Tertio Nonas*
4 *Pridie Nonas*
5 *NONÆ*
6 *Octauo Idus*
7 *Septimo*
8 *Sexto*
9 *Quinto*
10 *Quarto*
11 *Tertio*
12 *Pridie*
13 *IDIBUS*
14 *Decimo octauo Calendas Iulij*
15 XVII
16 XVI
17 XV
18 XIIII
19 XIII
20 XII
21 XI
22 X
23 IX
24 VIII
25 VII
26 VI
27 V
28 IIII
39 III
30 *Pridie Cal. Iulij.*

Et hæc hactenus
Reliquos ſex menſes ad eandem methodum ac ſupputationem exigere poterit Lector.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZIONALE V. E. ROMA

Πάντα ἀνθρώπινα πράγματα
κύκλος.

Digitized by Google